


x-rite

colorchecker CLASSIC

mm




R 97938

Arthur John Naish

Ma

(1)



D  
N  
LA  
ACC  
I

B  
P

V  
ON  
TA

2/01 spine v.

Arcticæ horulæ succisivæ,  
**D E L A T I N O C A R-**  
**N I O L A N A L I T E R A T V R A , A D**  
LATINÆ LINGVÆ ANALOGIAM  
accommodata, Vnde Mosgoviticæ, Rutenicæ,  
Polonicæ, Boënicæ & Lusaticæ lingvæ, cum  
Dalmatica & Croatica cognatio,  
facile deprehenditur.

PRAE MITTVNTVR HIS OMNI-  
bus, tabella aliquot, Cyrilicam & Glagoliti-  
cam, & in his Rutenicam & Mosgo-  
viticam Orthographiam  
continentes,

ADAMI BOHORIZH.

КРНМА: ΔΙ·ΚΔП:  
Всаки иезикъ спознади хоїшевога.  
Щако ње ће љубите вједно / вједо љубити.

Vsaki jesik bode Boga sposnal.  
Omnis lingua confitebitur Deo.  
πᾶσι γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.

V V I T E B E R G A E  
ANNO M. D. LXXXIIII. 1584

MVISTRII CA  
R 94638 ARM A  
CARINTHIAE. STIRIAE. CARNIOLA



V 446 / 1953

AD ILLVSTRIVM  
STYRIAECARINTHIAE ET  
Carniolæ procerum filios; vniversam  
Eqvestris ordinis ingenuam  
iuuentutem,

Prefatiuncula.

**P**LURES NOVISSE LINGVAS ET  
iucundum, & utile, addo & per necessaria  
um esse, in confessu est. Nam quid magis libe-  
rale ingenium delectare potest, quam vel suum  
vel alterius, sive loquentis free scribentis ani-  
mum, decenti sermone, (qui index est animi,) & commodo  
orationis genere, vel explicare vel explicatum, quasi coram  
contueri? Quid verò fructuosius est, quam de Deo, de Iure,  
deq; natura rerum vel differentes vel conscripta, de illis re-  
bus monumenta intelligere, thesaurumq; in eis reconditum,  
depromptum atq; euolutum, cum opus est, sibi usurpare re-  
cte posse? Deniq; quid est, quo homines minus carere que-  
unt, quam dictarum rerum, per lingyas, cognitione: Cum, neq;  
Ecclesiæ Doctrina, neq; ulla politia, neq; privata neq; publi-  
ca studia, tueri conservariq; sine harum administriculo queant.  
Taceo quod qui lingvarum necessiarum ignorantia labo-  
rant, & quando illis necessitas dicendi imponitur, ignari, quid  
dictum sit, tum quomodo respondere debeant, scriphiarum  
ravarum instar obmutescere, turpisimeq; se dare sèpè co-  
gantur. In quam sententiam cum non pauca eruditissima ex-  
tent scripta, adeo, ut si quid amplius præterea in medium pro-  
ferre quis concetur, actum ille agere suamq; inopiam potius

\* 2 quam

## PRAEFATIO.

quam copiam prodere, merito videri possit. Quamobrem, &  
quia omnino aliquid hic, mihi commemorandum est, carptum  
& in genere saltem, de lingvarum praecipuo usu seu ultimo  
fine: Hinc (id quod mei propositi est) de Slavonica, mihi ver-  
nacula lingua. Demum de libelli huius ratione, breviter,  
proq; mea tenuitate annotabo. Et de vero usu lingvarum  
luculentissima est Divi Pauli sententia, quam ipse in Episto-  
la ad Romanos ex ISAI A Prophetam recitat, sic inquietans.  
**OMNIS LINGVA CONFITEBITVR DEO.**  
Quibus verbis amplissimam Doctrinam & dulcissimam con-  
folationem, tum etiam verum usum lingvarum, nobis propo-  
nit Diuus Paulus. Nam principio planum facit, semper fore  
aliquem cœtum piorum, lingvarum subsidio, rectè agnoscens  
tium & colentium Deum. Deinde etiam innuit manifestè,  
non desitum mundum hunc, nisi apud omnes, omnium gen-  
tium populos, innotescat prius voluntas Dei. Quæ professo-  
res unica est, qua piae mentes (ut furenter adversum Eccle-  
siam Christi agant, mundus & Satanus), sese in omnibus hu-  
ius vitae æruminis sustinere possunt, cum certò sibi polliceri  
ex verbo Dei possunt, fore aliquando finem malorum, atq;  
certò secuturam liberationem piorum: & tum quidem fore  
proximam atq;, ut ita dicam, præ foribus, quando nimisrum  
futura est confessio Dei in omnibus linguis. Verus autem  
onus lingvarum coepit una cum primis, generis humani au-  
toribus, Adamo & Heva. Poterant enim primi parentes,  
in illa integritate & nulla adhuc labore peccati infecti, rectè  
confiteri Deum. Nam voluntas & cor atq; reliquo viris  
anima omnes ita obsequundabantur, rectè adhuc iudicanti,  
rationi, ut & facile & perfectione summa confiteri & cele-  
brare Deum possent: Et præstisserent eam quidem in omnem

eterni-

## P R A E F A T I O .

eternitatem, summaq; cum animi alacritate, nisi astu satanæ circumventi, & illius tam sancti status pertæsi, satanæq; collidum mendacium, Dei prescripto prætulissent, proq; in-  
 tegrity corrupcionem & ruinem in anima & corpore  
 passi, illam tantam felicitatem adeoq; illam prædulcem har-  
 moniam laudandi Deum, iusto Dei iudicio, amisissent atq;  
 sese ipsos cum tota posteritate, in perpetuum exitium præ-  
 cipit assent. Privati enim tum, illis tantis donis, languidius à  
 lapsu omnia egerunt. Intellexus siquidem, et si omnibus re-  
 liquis animæ viribus integrior fuit reliquus, tamen in rebus  
 Divinis, obtusè cœcus factus, in reliquis verò (iuvantibus cum  
 geomodocung; primis illis principijs, ex quibus extructæ  
 sunt, & etiamnum extruuntur humane artes omnes, sapien-  
 tie, seu rectius Philosophia voce comprehensæ) parum ali-  
 quid videt. Deinde voluntas humana perpetuò sese oppo-  
 nit voluntati Dei. Cor ipsum flagrat odio Dei. Inferiores  
 vires, quæ vulgato nomine locomotivæ, appellantur, segnius  
 omnia agunt. Proinde quoq; eum finem (in tanta disperasia)  
 ad quem initio conditus fuit homo, suis sic disturbatis atq;  
 disiectis viribus, aseq; Deumq; ut deberet, celebrare atq;  
 confiteri amplius non potuit. Quare abjectiendus erat homo  
 cum omni sua posteritate, in perpetuum. Verum, hanc miser-  
 rimam humani generis sortem videns, Benignissimus ille cœs-  
 testis pater, non passus est, ipsum hominem & ita cum ho-  
 mine, gloriam suam penitus interire. Quare cum filio  
 suo unico sibiq; coæternō, & Spiritu sancto, tota nimirum  
 trinitas, mirandum, de rursus reparando genere humano, &  
 restauranda celebratione Dei, iniit consilium: Editq; de-  
 cretum, ut Filius, secunda Divinitatis persona, ineffabili  
 modo, sibi certo tempore, uniret humanitatem, atq; ita redi-  
 quidem in omnem  
 eterni-

## PRAEFATIO.

meret in pristinum statum restitueret genus humanum,  
Quocirca inter Deum, ut justum judicem, interq; miserum,  
atq; damnatum hominem constituitur Filius Dei mediator.  
Promissio gratiae, propter filium, mulieris semen, promul-  
gatur. Eam gratiam per fidem primi parentes sibi sem-  
per usurparunt. Spiritus quoq; sanctus per verbum promis-  
sum, subinde, etiam post lapsum, in credentibus, aliqua Deo  
grata officia & laudes, lingvarum, (vocali verbo) subsidio,  
excitavit, coetumq; aliquem, propagatione illius promissae  
gratiae, omnibus temporibus collegit: Idq; uno & simplici,  
utpote a Deo prosector genere sermonis. Quod etiam uni-  
cum & perspicuum genus dicendi, in Ecclesia Dei prioribus  
& multis seculis, & sine literis, sineq; certa literatura, usur-  
patum & ita conservatum fuisse consentaneum est. Nam cum  
prioris ævi patres essent μαργοτεροι, facile colligitur,  
per manus accepta promissione gratiae, usu illius unius lingue  
sineq; adminiculo ullius literaturæ, subinde feso mutuum levitas-  
se, & ad posteros identidem promissionem illam, de venturo  
semine mulieris, propagasse. Quod reliquum & tam excel-  
lens bonum, unius videlicet & communis cum Deo ipso, usus  
linguae, post illa tot & tanta amissa Dei dona, ut erat  
maximum, ita rursum dolendum & deplorandum est, pro-  
pter petulantiam hominum, & vitam illis, (ut ita dicam)  
abbreviatam, & in edificatione Turris Babilonica, confusio-  
nem lingvarum, justam nimirum peccnam divinam, subsecu-  
tam, ex una pura & simplici, plures eisque infinitas, fas-  
etas, atq; ita unius illius primæ & sanctæ linguae purita-  
tem, apud plerosq; posteros amissam, veremq; cultum Dei  
multis partibus, non modo impedium fuisse, sed totum serè

inter-

## PRAEFATIO.

intercidisse. Et quamquam varietatem illam linguarum, meritam fuisse pœnam fatendum est: tamen rursum in hoc clementia est agnoscenda divina, inter illas per uniuersum orbem, diversasq; eius partes, hominum frequentes migrationes: illam tamen primam & sanctam lingvam, non fuisse vel extinctam vel depravatam: Sed quamquam in incertis sedibus & etiam sine libris & sine certa forma scribendi in populo Dei, integrum conservatam fuisse, Donec tandem Deus, ad diu tam & ante multa sœcula promissam terram, populum suum, Mose Duce, ductans, in monte Sinaj, Decalogum, digito suo præscribens, Mosen, ceu Magister Discipulum & per toto quadrageinta dies, de certo literaturæ genere erudiens, per Mosen, & pentateuchum conscribi & certa lingua, nimirum prima illa & omnium antiquissima, sanctissimamq; à Deo sanctissimo profecta, posteris consecraret. Tum demum cogitata animi, exemplo Dei, qui primus & Adami, & post etiam Mosis, vocalis (si tamens dicere licet) Magister & Grammaticus, exitit, certa forma literarum & sermone, quem Ebreum, ab Eber illo, non inventore (Nam id Deo, ut dictum est, omnino asscribendum) sed celebratore, appellant, in reuelanda & propaganda laude & gloria Dei perscribi ceptum: Duravit hæc scribendi & loquendi ratio in populo Dei, quem Deus, ceu custodem peculiarem pentacheuchi esse voleuit. Verum illæ cum exteris gentibus collisiones, & post in Babyloniam & alio crebriores migrationes fecerunt, vt vulgo sanctum illud Ebreum dicendi genus nonnihil ab origine sua, & scriptione & dictione defleceret. Vnde secundum Genus sermonis, quod vel Syrium,

\*

4

vel

P R A E F A T I O.

vel Chaldeum nominatur, sub primam & secundam Monarchiam, natum. Atq; postea etiam singulæ Monarchiæ, singula sua Idiomata, à p̄cipua sede, in linguae v̄su peculiari, sic Græci Græcum, latini latinum, celebria reddidere. Quo factum est, ut post Ebreaum & Chaldeum sermonem, Græcus, & post hunc latimus, quatuor etiamnum, p̄cipua, sint linguarum genera, quæ & habentur & sunt antiquissima, & scitu cognituq; per necessaria. Et quanquam, Satana ita volente, in mundo subinde ingentes fierent motus & contundarentur colliderenturq; regna & imperia: Homines vel è suis pellerentur sedibus, vel in aliorum imperium facerent regiones, miserrimeq; corruerent regna, ideoq; varie confunderentur omnia, summa imis miscerentur, hincq; nascerentur infinita quodammodo loquendi idiomata: Deus tamen in illis tantis perturbationibus rerum, pro sua immensa misericordia, sapientia & prouidentia, mirando modo, Ebream, Chaldeam, Græcam & latinam linguam, libris conscriptam semper conseruauerit & adhuc conseruat integras. Ut haec linguae essent cœu norma & regula aliarum omnium, atq; ex his, cœu fontibus, in alias linguas, transfundenterentur quasi, libri plurimi, continentes doctrinam de Deo, leges honestas & utiles, Medicinas salubres, & etiam alias dieendi, recteq; nimirum tractandi & secundi res omnes, artes & scientias. Vnde etiamnum, singulari beneficio Dei, extant sacra Biblia, Ebrea, quæ in Græcum, plusquam regio sumptu, Ptolemei Philadelphi, immortalis memorie Regis AEGypti primum versa sunt sermonem. Nam Josephus ille Filius Gorionis, in Iudaica historia, illos regios sumptus, per partes numerat, quos si licet aestimare, conficiunt illi quidem summam, superantem quinquaginta millions auri  
vel

## P R A E F A T I O .

vel si quis magis latinè dicere vellet, conficeret illa summa,  
supra quinquagies millea millia aureos, vel si libet quingento  
ties centena millia aureos : summan, inquam, nulli inquam,  
omnium regum, gentium & temporum, quod ego sciam, an-  
nuo reditu seu prouentu, parem. Hos ille immortalis Heros  
sumptus vel in solam vetus instrumentū, vigintiquatuor libris  
comprehensum fecit, quid non erat facturus, si etiam nouum  
Testamentum, & sic integra illi contigissent Biblia? Cum itaq;  
primum, inquam, Ebræa Biblia, facta sunt Græca, cui volumi-  
ni accesserunt reliqui libri noui Testamenti, Græca lingua  
conscripti. Hinc etiam totalia Latina Biblia, siue illa Hierony-  
mi siue alterius cuiusdam opera sint traducta, veteris versionis  
nemine, vocari solita.

Atq; ita non solum extant Ebræa, Chaldea, Græca & la-  
tina Biblia, que magno cum totius Christianitatis commodo,  
cuius vel mediocris fortune homini, tolerabili precio habere  
licet: sed prostant etiam nunc hoc seculo sacra Biblia, Germana-  
ica, Hispanica, Gallica, Italica, Vngarica, Boemica, Polonica,  
Rutenica & Moshovitica lingua. Solis vero nostris homi-  
nibus Carniolanis seu Slavis in sua dialecto, hoc tantum bene-  
ficium, nondum licuit habere integrum, Nam et si Reue-  
rendus vir D. Primus Truberus, Nouum Testamentum &  
alios idoneos libres, idq; uti iam memini, Dialecto quoq;  
Carniolana, & diligenter & dextrè, ex suis & puris son-  
tibus ante hoc tempus traduxit: tamen cum eum virum, iam  
seior, etas ægræq; senecta premat viribusq; destituta, opus  
fuit per alios, id quod integris Biblijs adhuc defuit, atq; ad  
traducendum reliquum, pertexere, atq; integra Carniolana  
vel rectius Slavonica Biblia ædere. Apparuit itaq; hac  
ultima horula mundi, summa & ineffabilis etiam erga no-

\* 5 stro

9 R

## P R A E F A T I O.

stros homines Dei Gratia. Illuxit illa leta dics, qui, etiam Carniolanis & Slavis, Deum ipsum, Patriarchas, Prophetas, Apostolos & Euangelistas, Carniolana lingua loquentes, videre & audire licet. Pro qua tanta clementia & bonitate, uni aeterno Deo sit laus & Gloria in omne aevum, Amen,

Verum enin vero quoniam apud quosdam vel parum prudentes vel minus humanos, quiq; mundum ipsum nimis angustio spacio contineri possent, utpote, non longius ex paenitibus unquam egressi, aut si id fecissent: tamen quid alibi sit vel fiat non multum solliciti, de slavonica nostra lingua, praeter pietatem etiam iudicant & pronunciant, proindeq; me, de Slavis, ut obscuris hominibus, temerè quid dicturum opinabuntur. Quare hoc loco altius rem ipsam sed brevissimè repetendam duxi. Complector autem Slavico nomine, non aliquam, obscuro loco latitatem & certis illisq; perangustis finibus inclusam gentem. Sed appello & complector eo nomine, quotquot regiones & homines, vel Slavicè loquuntur vel, ut plurimum verbis conueniunt, siue affinitatem cognationemq; aliquam habere cum slavica lingua manifestè deprehenduntur. Quotquot autem hactenus historias conscriperunt, & in eis gentium originem & mores rimati sunt, omnes in eo consentiunt, Helenos, Venetos seu Venedos, VVindos, VVandalos & Slavos, eandem & unius eiusdemque esse originis, gentem. Siquidem quodcumq; illi genti, ex iam dictis, dederis nomen, id est significare deprehendes. Nam omnia haec epitheta, à frequenter & sàpe mutatis sedibus illis conueniunt, solum postremum, slavorum Epitheton, à rebus præclarè gestis, genti huic mèrito suo obtigit. Nam, Slava, nostris homi-

nibus,

AOR

PRAEFATIO.

nibus, Gloriam significat. hinc Slavi, quasi laudabiles, celebres, & clari dicuntur. Siquidem Etymon vocis nusquam quis rectius divinauerit, quam ex eisque gentis propria lingua. Quod qui non obseruant, Hallucinantur sèpè plurimum. Documento nobis esse possunt multa. Et ut unum pro multis proferam. Diuinare enim multi cupiunt, quid Germanis rectè significet dignitatis illud & celebre nomen, Marcheschaleb. Quia in re mihi per optimè placet doctissimi viri Doctoris Jeremie Hombergeri, non fallens conjectura, qui dicit. Veteribus Germanis, vocem, shalsh, significasse, ministerium. Quod cum ita sit, quis igitur dubabit, Marcheschalch, idem esse quod administratorem finium. Nam ex historijs scimus, Marchias fuisse magno consilio præfinitas ad compescendos eobibendosq; in Germania, etiam nostros homines, tum adhuc Ethnicos. Ut itaq; finibus continerentur certis, Marchie seu præsidia constituta: hinc Marchia in Dania, Brandenburgi, Mysnie & Turingie, &c. Ex unica itaq; vocula, shalch, quale fuerit officium, & qualis dignitas Marcheschalchorum, appareat, Idem nimis quod administratorem finium: Hinc etiam summa illa dignitas inter Principes imperij, Archimarschalchi, quod ipsum, insignia, quibus ornatur, gladijs nimirum decussatim positis, eum principem esse primarium inter eos, qui finibus, sive præsidis præsunt, ostendunt. De priori parte vocis non multum est quòd disputem, Aliquid est superioribus seculis condonandum, cum alijs summa virtute & prudentia rectè omnia in Ciuli vita administrarent, eti in appellationibus rerum non nunquam monstrosis verborum ( nec melius tum à suis magistris edicti ) etiam in magnis rebus sint usi.

Nihil

MR

## PRAEFATIO.

Nihil sane opus fuit græcas cum germanicis miscere; Græcum (ut arbitror) Archi posteriores, per Erz / redde- bant: Hinc veniunt Erzbischöpff / Erzmarschhalch / Erz- Herzog / &c. quam bene, alij viderint. Nunc usu receptis utendum est, Atq; ut ad nostrorum hominum appellatio- nem, slauorum scilicet, redeam. Quemadmodum enim, Ger- manis seu Alemanis nomen inde impositum, rectè quis dixe- rit, quia fuerint gæt manne vel alle manne, id quod Carolo etiam magno placuisse, legitur: Sic quoq; qui slauos à SLAVA, voce scilicet Gloriam significante, appellat, non peccauerit. A præclare igitur rebus gestis nomen ac- cepisse Slavos obscurum non est. At id nomen non erat inane apud nostram gentem. Nam vniuersæ & omnium tempo- rum Historie testantur, eam gentem, propter bellicas virtutes, fuisse præclarans & multis alijs gentibus formidabilem. Et alicubi pater eloquentie, Cicero, id non disimulat, inqui- ens. Dalmatae semper habiti sunt bellicosí. Neg- enim ὥμογλωτον gentem à nostra disiungo. Et quan- quam quidam à iactantia, nomen venisse nostris hominibus dicere ausint: Tamen non desunt doctissimi viri plures, illiq; etiam Germani, qui, id, genti nostræ præter meritum, odio saltē affingi affirmant, verba cum rebus sibi rectè con-uenientia ex perpetuis & veris historijs perspicientes, Quid verò mirum, si quis egregiè & præclarè, eaq; vel à se vel ab alijs facta, silentio non præterierit, aut humili & proletario sermone rectè & pro dignitate non tractauerit? De Tauris, enim Arator, de ventis Nauta, & de vulneribus miles rectius verba facit. Nec jactantie criminis statim ille insimulan- dus, qui rem præclaram, vera narratione persecuitur. Num- quis

22 R

## PRAEFATIO.

quis autem somniabit, tantam gentem, tamq; numerosam, sine  
Iustia atq; sine præcellentí sapientiá, in bello regi coherceri q;  
potuisse: vel etiam sine dictis præcipuis alijsq; bellicis virtu-  
tibus, tot & tanta, tamq; diuturna & continua, per vniuer-  
sum ferè orbem perficere bella potuisse? Demum, quæ tam  
excors gens vñquam fuit, ut turpidinis seu vitijs nomen vñlens  
sibi usurparit, aut imponi sibi ignominiae nomen passa fue-  
rit impunè?

Iam si primam originem & vetustatem Slavorum quis  
inuestiget, is inueniet, eam gentem esse antiquissimam. Nam  
in expeditione illa Græcorum aduersus Trojam vocati Hene-  
ti, in auxilium græcis vicinis, venerunt. Et si temporum ratio  
rectè subducitur, planum sit omnino, Bellum Trojanum ge-  
stum fuisse, plus minus mille annis à Diluvio. Efficitur itaq;  
nostram gentem inter antiquissimas esse. Huc etiam accedit,  
vñus & idem & quidem communis nostris hominibus, cum  
antiquissimis ὥρογλώτοις Mysis, quos nunc Bosnenses  
appellant, lingue vñsus. Retinent enim adhuc Mysi litera-  
turam antiquam & peculiarem & nostræ lingue per ac-  
commiadam, cum Græcis, ut potè vicinis, per omnia ferè con-  
gruentem & cum Moschovitis & Rutenis communem. A  
quibus Croate sua scriptione & notis literarum quidem  
discidunt: at appellationibus & potestate, quemadmodum  
& sermone (ut paulò post ex certis tabellis apparebit) non  
dissentiantur.

Quantum verò ad amplitudinem Slavicæ linguae at-  
tinet. Circumferamus nunc licet oculos, & quaqua versum  
respiciamus, perlustremus Regna, alloquamur gentes  
ἥρογλώτοις, inueniemus sane, slavicum dicendi genus,  
diffundi

## P R A E F A T I O.

diffundi per maximam mundi partem, si non per uniuersum orbem. Nam, ad Meridiem, totum explerunt illum Sinum Adriaticum, qui etiam ob id sinus Venetus appellatur. In quo sita est insignis illa Vrbs Veneta (à nostra gente sic dicta) amplitudine, felicite, prudentia & drotijs, in hoc tempore omnibus veteribus sine Grecis sine Latinis Rebus publicis (Romanam illam, olim mundi Dominam, semper excipio) longè superiorē. Eas enim in partes, Duce Antenore, à Trojano bello, venerunt primum. Quod indicio est, Patarium Celebratissima, totius Europe, Academia, Venetorum ditioni parens, ab Antenore & condita & appellata urbs. In Africa ipsa etiam, in qua olim sedem & imperium, Slavi sibi pararunt, non desunt, qui adhuc Slavité loquuntur. In Asia, prater Vibanos & otiosos nimirum homines, quiq; perpetuò domi desident, & in Græcorum partibus sunt, illi Græcē loquuntur. Reliqui omnes, iūm in Aula Turcici imperatoris, præteriori videlicet milites, quos Ianizaros appellant, tūm qui pilitant, omnes illi inquam, nostra lingua loquuntur, forma literarum, quam in peculiari tabella expressi & Cyrillicam appello, omnia perscribunt. Etq; hæc nostra lingua in Turcico imperio adeo celebris & usitata, ut patriam & Turcarum linguam celebritate & usu ferè obscurarit. Ad Arctum & sub Arcto ipso, sunt Moshi seu Mcsrovitæ & Ruteni, omnesq; illi, quos Ptolemeus Venedicum Arcticum sinum occupasse scribit. Inter hunc autem sinum Venedicum & Venetum Adriaticum sinum, medijs sunt Litvani, Poloni, Bojemi, Lusatii, uel Vendii, ad utramq; Albis ripam: Moravi, VValachii, Rascij & Bulgari pleriq;. In Austria verò magna pars è sedibus

## PRAEFATIO.

sedibus, sicut à Tyranno Turea pulsī, utra citraq; Danubium sunt, qui exercent terram & agros. In inferiori Styria magna pars: Inde in specie dicti Slavi ( vulgo Besjarkos appellant ): Et paulò infra, tota Poshega: Tota Carniola nostra, & magna pars inferioris Carinthia: Choruscī, Histriani omnes, attingentes eam urbem, que Posla dicitur, Venetis parens, ab Argonautis, ut Strabo refert, condita. in his inquam omnibus Regnis & eorum partibus populi, Slavi sunt & slavicē loquuntur atque adeo à mari ad mare, uno eodemq; genere sermonis, slavico vides itcet vtuntur. Hos autem omnes, si quis, propter illum aliquem, in pronunciatione & scriptione desflexum non esse ēquoyλότης, vel Slavos, concedere velit. Is mihi nulla alia firmiore ratione id facere videbitur, quam si Germanicæ linguae, saltem Mysnico, Sveicos, & his vicinos gnaros, alios verò, ut sunt Belgæ & Saxones, hisq; proximos, ignaros esse autumaret. Cum verò hos omnes & Germanos esse, & communis etiam patriæ nomine, propter communem, scilicet usum linguae, eos dignes mur. Cur non quoq; pari ex causa nominatas gentes, & à veteribus Henetos, Venetos, VVindos, vel VVendos dictos, Slavos quoq; appellabimus? Minus ferè inter has omnes Dialectos, pronunciandi ratio discrepat, quam vel inter Mysnenses, Saxones, vel Belgas. Neq; hoc verò ad commendationem Slavicæ linguae parum facere videtur, quod non tam extra quam intra Germaniam, Regnum, Principum, Equestris ordinis Veterum Familiarum, Ciuitatum, Fluminum, & Pagorum etiam appell-

## PRAEFATIO.

appellationes, slavicis vocibus sunt insignitæ. Moshbi, à Mosh, quod virum significat appellantur. Ruteni seu potius Russi, volunt, quasi Rossjeni, id est, disseminati, dici. Poloni à poje, hoc est, à campo nomen habent. Bojemi ab Boj, quod bellum notat, dicti, unde etiam Bavari, id est, Bojari vel Vojari, id est, duces Moravi à flumine, Morava, Inio Vngaris adeo etiam adlibuit Slavicus sermo, ut olim Tetrarchas suos. Vojoodas (ad verbum Germanicè Herkogen), hoc est, exercitus duces appellarent. Vulgo corruptè dicunt, & v. syda. Erant autem illi, ni fallor, Vojvode seu Tetrarchæ in Regno Vngarie, dum adhuc esset integrum, in Transylvania unus, qualis fuit Huniade, & verè Vngaricus, Achilles, Matthei Regis pater. Alter in Sepusio, Tertius in VValachia, Quartus in Rascia. Vrbs illa quoq; ubi Sauus cum Danubio confluunt, sita, Alba Græca, Germani, Griechisch Weissenburg vocant, Henetum habet nomen, scilicet, VVelgrad. Pomerani quoq; nomen habent à primorjū, quasi dicas marini seu accolae maris. Hinc Duces Pomeranæ vocantur, eius regionis Domini. Duces Megapolenses & Henetorum sunt Duces, & ab StariGrad, quod veterem arcem significat, sede, videlicet, munita nomen habent. Quemadmodum & magnus ille Dux Moshus, sedem suam præcipuam etiam eo nomine StariGrad, appellat. Et Turcici Imperatoris sedes Constantinopolis, Zar grad, hoc est, Cæsaris arx dicitur. Metropolis quoq; vrbs Styriæ, Graz corruptè, rectius Gradez, id est, Arx, vocatur. Marchiones Brandenburgenses slavorum seu Vandalorum, sunt Duces: Et illustrissimus Saxonie Princeps, Elector, plures Ecclesiæ & alit & defendit Clementissime, Slavico Idiomate utentes. Clarissima ciuitas Lypsia, non solum mercibus isthie

P R A E F A T I O.

isthie ex longinquis terris deponendis, dandisq; ceu Empori-  
um illarum Regionum sed etiam omnium optimarum artium  
& pietatis studijs florentissima, Illustrissimo Principi Augu-  
sto Electori &c. parens, Slavicu nomen etiamnum retinet.  
Nam à lipa, quod omnibus Henetis seu Slavis, Tiliam arborem  
Germanicè Linden, significat, nomen habet. Fortasse ideo,  
quod locus ille Tilijs abundaret, dicta Chemincium civitas,  
cum excitatissimis ingenij plurimis tūm, vel Georgio Fa-  
brio, pia memorie, & D. Martino Chemnicio clara, nomen  
habet, à kamen, quod lapidem significat, hinc Kameniza, quasi  
lapidosa dicta, Medio itinere inter Lypsiā & VVitteber-  
gam Castellum est, quod vulgo, Dūben, appellatur, nomen ha-  
bet à, Dub, quod querum significat. Hinc Dubina, Quer-  
cetum. iam verò ad Ripam Albis fluuij accedamus, queramus  
qualia referant nomina accolae. Recitabo verò hac in re non  
meas tantum conjecturas. VViteberga, toti mundo non ignota  
ciuitas, si penitus rem expendamus, hoc, quod nunc habet no-  
men novum & serè corruptū esse videtur. Nā si ab Albo mon-  
te nominatur, ut ex Saxonico Idiomate appellari videtur. Non  
video cur non potius Schwartzberg dicatur. Nam nullus isthic  
mons est, neq; Albus neq; niger, cum sit in planicie ea yrbs  
sita. Quare verisimilis magis est eorum conjectura, qui belia  
Brud hoc est, Album traiectum vel Beli Breg, ut sit Alba ripa.  
eam yrbe appellari existimant. Nam à Traiecto, qui olim  
& ante usum pontium isthie erat celebrior alijs, sive ab Alba  
ripa, qualis eo loci conspicitur, nominari rectius videtur. Simi-  
lem ob causam, si contra flumen Albim altius concesserimus,  
occurent nobis statim, Pretim, & Prezb, quæ ab Traiectis  
nomen habere etiam hodie deprehenduntur. Hinc Torga, quæ  
& Terg, quod forum vel Mercatum vel Castellum significat,  
hanc dubie, dicitur. Et ut reliqua præterea, accedamus yr-  
bem

\* \*

14 R

P RÆFATI O.

bem veterem, Misniam dictam, que toti Marchia nomen dedit; & etiam, Episcopali & Marshionis, totius illius regionis, sede, clara est. Vnde id nominis venire urbi ariolabimur. Ex Slavica lingua, id venari oportebit. Iam si à Majzen, quod parvum significat derivatum, nomen & urbi & regioni toti non conveniet, præcipue tam antique & etiam celebri. Fortassis à M I S N I, quod Urbanum significat, non incongruum nomen esse urbi quis dixerit. Nam, Mestni, urbem Henetis significat, hinc Epitheton. Mestni, Urbanus. Si itaq; licebit nobis unian literulam, vel excludere vel mitigare enunciatione, apparebit à Misnia seu Misnis, hoc est, Urbanis, recte, per excellentiam, eam urbem & etiam totam regionem, suum genuinum retinere nomen. Atq; in hac conjectura si quid peccavi, ignorent, veriora & rebus magis consentientia, qui, quod proferant, habent. Talia plurima sunt ad ripam Albis fluuij & in tota Misnia, que, cum antiquiora, quam quæ a nostris hominibus illis olim imposita sunt, non habent nomina; Colligitur facile, eas regiones olim à nostra gente, non modo occupata fuisse, sed & posteros illic reliquisse. Qui quidem mutato idiomate, vulgo quidem Germanicè loquuntur, origine tamen vere sunt Heneti. Ceterum quantum referat in omni vita genere & in contradictionibus omnibus, imò & præcipue in recte proponenda de Deo vera doctrina, maxima esse linguæ eius gentis, qua cum agendum cuiquam est, id, me tacente, quicunque facilè intelligit. Cumq; hæc Slavica lingua sit patentissima, & sepe, etiam in magnam & præcipuam partem Germaniæ effundit. Non sunt itaq; reprehendendi illi, qui aliquid studij eò conserunt, ut eam linguam conseruare & propagare, atq; adeo etiam illustrare, cupiunt. Quam rem altius expendens oīm C A R O L V S, eius nominis Quartus & Bohemorum, &c.

Rex,

A & R

P R A E F A T I O .

Rex, Romanorumq; Imperator, leg: peculiari, A V R E A M  
B V L L A M vocant, haud dubie maturo consilio atq; unanimi  
omnium statuū & Principum totius Romani Imperij conser-  
fatione, sanxit, ut posthac Electorum etiam filij, inter praecipias  
linguas, Slavicam quoq; addiscerent. Peroptime intellectus  
sapientissimus ille Imperator, Electorum filios Slavonicā lin-  
guę cognitione difficile carere posse. Cum nimis pleriq;  
Principum, eius sermonis populos sibi subditos habeant. Re-  
ctius enim sit iudicium & magis iuste saepè pronuntiatur,  
quando Iudex ipse, causam & audit & intelligit, quam qui  
id facit per interpretes. Cum vero idem ipsum etiam ad pas-  
tificiandum gloriam Dei & ad propagandam Ecclesiam  
Christi, per necessarium sit. Quid non faciendum erit, non  
tam ex celso loco natis, quam etiam alijs, tum mediocri-  
bus tum etiam plebeis hominibus, qui ad seruitutem & non  
ad dominatum nati sunt. idq; non solum in uno & eodem  
& certo, sed prout res & tempora cum fortuna tulorint, etc-  
am in incertis & diversis locis. iam autem haud quaque  
præterunda est landatissimi illius, iam dicti, imperatoris  
C A R O L I Q U A R T I Insignis & immortalis, erga ge-  
nus slavorum pietas & amor. Nam posteaquam edocuit  
fuisse, Gentem Bohemorum à Slavis trahere originem, id  
tantopere optimus ille princeps sibi arripuit & cordi es-  
passus est, ut non quiesceret, quin ab eadem, Praga, divo He-  
ronymo Stridonensi, nostro Centili, consecraret. Viq; eterna  
esset & permaneret memoria, gentem eandem esse, & slavos  
& Bojohernos, voluit etiam ut & homines Slavi & in Slavis  
ca lingua, cultum isthic perpetuo obirent & perficerent de-  
vinum. Cuius tanti Imperatoris, prudens & pium institutum,  
utinam hodie plures imitarentur & non tam genere  
nostram, quam Ecclesiam Christi odio, sed potius omnibus

\*\* 2 p. 401is

AGR

10

P R A E F A T I O

pietatis officijs , prosequerentur , nihil laboraremus . Sed de Slavica lingua destinam nunc plura annotare . Nam mibi dubium non est , quin optimus quisq; huic meæ & simplici & veræ narrationi sit assensurus atq; mecum pronuntiarurus , gentem Slevicam & antiquissimam & amplissimam , per totum forè mundum diffusam , nec etiam ita abiectam , sed inter honoratissimas Iure haberi debere , Eiusq; lingvam non minus quam ullam aliam cognitu esse pernecessariam . Relia quum est , ut de hoc meo parvulo libello , pauca adhuc memorem . Ut itaq; & ego , meo loco , ad promovendam Slavicam lingvam , aliquid adiumenti adserrem , cœpi hinc occasionem . Nam cum Illustrium , styria , Carinthia & Carniolæ Theologi & alij delecti Viri , de traducendo & edendo Carniolano Biblico opere , superiorē anno deliberarent , atq; inter cætera , de certa aliqua , posthac observanda literatura LatinoCarniolana statuerent . Et ego , subentibus proceribus Carniolani , Dominis meis Clementibus , illis anumerarer viris , tum id munoris mibi impositum fuisse , non dissimulabo . ut de Orto graphia latinoCarniolana , meas tum adhuc in medium propositas nec etiam improbatas quædam observationes , iusto ordine conscriberem , ad quarum normam posthac rectius magisq; cum ratione , latino charactere ( quandoquidem iam usus illius antiquæ literaturæ , Cyrilicæ nimirum & Glagoliticæ , in Carniola nostra ferè intercidisset , ) perscriberetur Carniolanarum & his proximū & affine per totam Carniolam , Styria & Carinthia , majorem partem , usitatum idioma . Viris illis & pia & honesta monentibus , & sepius etiam flagitiantibus morem gesti , huicq; rei manum adieceres cœpi . Verum , dum hoc ynicum agere instituo , animo meo præter institutum , me ulterius rapiente : eadem opera , de reliquis Grammaticæ partibus , ex communi usu rectissimè loquendi ,  
regulis

P R A E F A T I O.

regulis depromptis, atq; in certam quandam methodum co-  
actis, totam rem Grammaticam Carnioliam, paruo hoc meo  
libello comprehendere volui. Que res cum non temerè neq;  
privato, sed communia delectorum virorum, ut dixi, & nomine  
& consilio suscepta sit, reprehensione carere, multo verò mi-  
nus ambitiosus, me, quis ideo accusare debet ture: cum &  
rem temere in specie, sineq; meo compendio, & studio sollici-  
tande & illustrande lingue partie scilicet perim. Videbitur  
quidem quibusdam res & perspicillit nec magni ingenij. Illis  
ego tantisper suis eiusmodi cogitationibus, ut in dilgeant, li-  
bens permittam, donec ipsi quoq; uelius quid, vel in hac, vel  
in alia, nondum exulta lingua, & tentaverint & prouicerint  
perfectius. Requiritur etenim etiam in hoc conatu, aliquatenus ta-  
men solertia & iudicium minimè fallens. Accommodavi autem  
totum negotium ad usitata Latinæ literaturæ precepta, adeo,  
ut etiam communissima non excluderem exempla, sed illis,  
ipsis, quibus Philippus Melanthon, Vir incomparabilis pia  
memoriae, preceptor meus perpetuo obseruandas in suis  
Grammaticis usus est, ipse quoq; uterer. Idq; eam ob causam,  
ut ex iam usitatis & optimè notis insignemq; doctrinam con-  
tinentibus exemplis, ignoti rario illucesceret magis: In qua re  
etiam, & præcipue in Syntaxi, interpretem saltum egit: inter-  
rim tamen nihil neglexi, immo opicè annis sum, ut nominatus  
terminas, vel concordiam vel regimen Syntaxeos ostenderem  
semper. Nunquam verò dissimulari, in quo Carniolana lingua  
a latina divortium faceret. Bona enim me spes habet, ut ferè  
optimus quisq; (modo diligentius examinaverit rem) liberier  
fateatur me, ad rectius & loquendum, & scribendum Carnio-  
lanum sermonem, aliquid adiumenti attulisse. Ad vos verò  
ingenui juvenes, Illustrium nimurum Styrie, Carinthie &  
Carniolae procerum, & universi Equestris ordinis filios, venio,  
reguli

\*\*\* 3 octis

P R A E F A T I O .

vobis inquam & vestris hominibus, hanc meam, & spellam consecro. Neque enim hoc munusculum, vobis dedecori est futurum. Nam & nouum est & ad illustrandam linguam Slavicam (quam cum multis gentibus & regnis communem nos habere & scitis, & ex vera mea narratione precedentis, intelligere persicile potuisti) profuturam. Deinde cum Bulla Aurea Electorum filii, Slavicam discendi linguam necessitatim imponat. Vos etiam, ut eam illustretis, singulari ornamento vobis futurum id esse, vobis persuadatis. Vestris vero hominibus, quorum estis hereditaria successione fidei nostrae es futuri, hac in re estis calcar addituri, ut posthac in hoc elaborent, ut quam cultissime & rectissime scribant, et scripta ipsa Slavica legant, oblatamq; divino nutu, in editis iam Bibliis Slavicis, occasionem, non sint neglecturi. Verum plebei etiam homines uestri, brevi tempore, in percipiendis Elementis Slavicis, in sumpto, in tantum sint profecturi, ut expeditius, sua lingua, sacra Biblia & legere & intelligere facile queant. Quam rem unicam cum spectauerim, atq; hunc qualemcumque suscepimus laborem, ut videlicet hoc, quod iam dixi, apud plebejos queque homines efficerem: sic vos illustres atq; ingenui iuvenes posteritatis optima pars spesq;, post deum, optima, nequaquam in vobis desiderari patimini, quin nostra etiam lingua confiteatur Domino. Insistatis, per D E V M immortalem oro, parentum atq; maiorum vestrorum laudissimis vestigijs, quibus nihil prius neque antiquius fuit inquam, quam ut pietatis & liberalium artium studia, patrius honos & gloria, Virtute & sanguine maiorum vestrorum parta, apud vos, charam posteritatem, manerent integra. Hoc tam insigne depositum, agite quæso apud vos pari cum laude & emolumento omnium, etiam conservetur. Modum vero & rationem, quibus id fieri & debeat & posse, habetis præ oculis, parentum scilicet vestrorum, vita exempla.

P R A E F A T I O.

exempla. Hoc ut cogitatis, hoc ut in ore habeatis semper, hoc ut unicè agatis, vos oro atq; obtestor omnes. Deinde etsi, quemadmodum dixi, parentum vestrorum, & Domi vestræ nata illustria habeatis exempla: tamen non obest, quin etiam, propinquorum vestrorum præclarè factas, vobis quoq; usurpetis. Proponatis verò vobis, licet, ad imitandum, ut optimus quosq; sic nunquam satis laudatos & illustres duos Heros, Franciscum Comitem de Turri, Liberum, in Sancta Cruce, Baronem, &c. Dominum Lipnizij & Teuzhenbrodij, &c. Tum quoq; Sigismundum ab Herberstein, Liberū in Najaperg & Gutenbag, &c, Baronem, felicis memorie. Quorum hic ab ineunte ætate, ut studia literarum coluit & amavit præcipuè, sic ad ultimum usq; vitæ sue letum exitum, eas prosecutus est & semper fecit maximū. Interim verò in Aula clementissimorum Principum nostrorum, Austriacorum Archiducum, sub quorum suavisimo & Clementissimo iugo nobis viues re licet, summa obiit munia. Nec verò domi solum profuit, sed etiam longas & difficiles, in longinas peregrinasq; terras & regiones, non semel easq; diutinas suscipiens profectiones, Maximiliani primi, Ferdinandi primi, tum quoq; Maximiliani secundi, sanctæ recordationis Romanorum Imperatorum Orator & Legatus, In Italia, in Gallijs, in Anglia, in Turcia, in Polonia, in Mosbovia, & etiam in Germania, res gravissimas atq; universæ Christianæ Reipublicæ fructuosisimas, summa cum laude atq; ex animi Imperatorum dictorum sententia, consecit. Sibi ideo suisq; totiq; adeo patriæ laudem parauit æternam & scriptis etiam monumentis sibi nomen perpetit immortale. Prior verò Heros Comes Franciseus: patri gloria, in nostrorum Archiducum Austriacorum Aulis & Regijs, summis honoribus & dignitatibus fungens, ita ætatem egit & negotia curavit maxima, ut, vter horum Herorum, exempla

(si)

23R

P R A E F A T I O.

(si emulazione certandum esset), confecerit plura dubites: In hoc vero elaborauit sterq; ut magno animo, præcipua, illis concredata munia qua fieri id non potest majore fide, & dexteritate conficerent omnia. Nec verò interim neglexerunt, quin patriæ meritæ laudis essent acerrimi vindices. Cuus verò rei eum plurima reliquerint documenta, tum hoc quoque non est in postremis habendum. Quod posteaquam prodiret descriptum illud diploma, seu si dieas immunitas, seu privilegium ab Alexandro, illo magno Macedonum Rege profectum, qua slavis, ob egregiam, in domando mundo penè uniuerso ipsi navatam operam, potestas fit occupandi, & in Meridie & in septentrione potissimas Europe partes: Non cessarunt illi duo Heroës, & patriæ glorie assertores ingenui, quim sedulò rem investigarent, donec tandem in Collegio Praegenſi, res prius dubia, literis non fallentibus, ibi, ita, ut est comprehensa, omnibus nota fieret, typisq; proculderetur. Sic illi Magianimi viri, vobis, quoq; exemplo esse possunt, ut pro se quisq; & certatim in id incumbatis, quo pietas, literarum studia, tum etiam Gloria auta maiorum vestrorum, ad posteros perennit, etiam vestro exemplo commendabilior. Quibus omnibus & singulis, huius novi anni lactum exordium nec minus progressum, exitum verò letissimum per & propter Emanuelē nostrum Iesum Christum, ex animo precor. Me etiam atq; etiam demissō animo commendans. Datum VVitebergae in Saxonie. Ipfis Kalend. Ianuarij. Anno, CIC ID XXCIV.

V. Illust:

deditus

Adamus Bohorizh.

24R

plura dicitur  
 præcipua illa  
 ore fide, & de  
 rim negleximus  
 indices. Cum ve  
 turn hoc quoque  
 posteaquam pa  
 immunitas, se  
 tonam Regi pro  
 mundo penè ne  
 occupandi, No  
 sereores ingra  
 m, ibi, ita, ut illi  
 deretur. Si illi su  
 arum, ut pro se qual  
 i posteros ferri  
 Quibus nec min  
 ordium nec omni  
 propter Eu  
 precor. Me illi  
 Datum Witeber  
 CI CI IO XCI

# PRIMATA<sup>1</sup>

## BELLA DE ORTHO-

### GRAPHIA CYRILICA, QVA

vtuntur hodie in aula Turcici imperatoris vel  
 maximè prætoriani milites, quos Ianizaros ap  
 pellant. Item Bosnenses omnes, Rute  
 ni & Moschovitæ. Est autem eius  
 literaturæ hic ordo.

Figura.

Maiuscula.

Я Б Е Р Г А

д ѕ А с А 2 1

Б т. Boga В ь

С т. Vidil V v 2

Г л. Glagole G g 3

Д а Д Dobro D d 4

Nomen.

Carrentes.

Minyscula.

Potest.

Merit.

Nota n.к.

Bohorizh.

E

ε ε Ee

,

X

\*Ξε Shivite Sh

S

Σ Ξ Selo

s.

( τὸ Πτιομένιον )

Ξ

Ξ Ξ Semla

s. z.

?

H

Η Η I

i

?

Θ

Θ θ i

thita

th.

,

I

Ι Ι i

Iota

Ii

jo

K

Κ Κ Κ kako

Kk

zo

Δ

Δ Δ ludi

Li

zo

PHIA CYRILICA. 3

<b>М</b>	M M	mislite	M m	40
<b>И</b>	И И	nash	N n	50
<b>Х</b>	X X		Xx	60
<b>О</b>	O O	on	Oe	70
<b>П</b>	P P	pokoj	Pp	80
<b>Σ</b>		η σχόπητα.		
<b>Ρ</b>		nil nisi numerum significat.		
<b>С</b>	R R q	rezi	R r	100
<b>Т</b>	C C	flovo	f	200. Habet pīz Ephraimitici.
<b>Ѡ</b>	T T	rēdo	T t	300
<b>Ѡ</b>	Oy়	uk	V u	400
<b>Ѡ</b>	F F	Fert	P h	500

X	x̄x̄	hir	CH	600
Ψ	Ψ	Psi	ps	
Ω	Ω	ot	o	700
Ϣ	Ϣ	shzha	shzh	800
Ҫ	Ҫ	Ci	c	900 Utuntur etiam graca nota hunc numerum exprimente s. Ӡ, que appellatur ḥazarthegae.
Ҫ	Ҫ	Zherv	zh	1000
Ϣ	Ϣ	sha	sh	ҹ.
ԥ	ԥ	b	Ier	Nihil per se signifi- cat, nisi quod in fine dictionum, in con- sonantes exeuntium, tum etiā, quoties durius coeunt cōsonantes, interponitur.
Ԇ	Ԇ	Iad.	Syllaba est, & est alias omnium vocalium capax, sēpē ei grēcam vel ei diphthongum notat antiquam.	
Ҥ	Ҥ	Ia.)		

IE  
Ю

PHIA CYRILICA. 5

je } syllabæ seu abbreviations.  
jo }

**I** Ius Iu In currente cyrilica,  
scriptura, huius usus existit. Hic ap-  
paret Elementorum horum esse per omnia unde quadraginta.  
Deinde & hoc manifestum sit, præter septem, reliqua omnia  
a græcis mutuari, sed ad divisionem eorum pergendum.

DIVISIO ELEMENTORVM

CYRILICORVM.

Elementorum Cyrilicorum, alia sunt:

literæ	Non nisi numerorum notæ, vt
Non sonantes s. <b>б</b> ier.	sonan- <b>с</b> · <b>з</b> · <b>с</b> · <b>т</b> ·
Nullum enim per se ha- bet sonum.	sunt: VI. LX XC. CM.

**iii** CONSONANTES \*  
sbzha. Septuplex, quæ duo X, & præterea s. Z. habet  
in se.

**ń** zherv, quadruplex, habet in se. Z & X.

**ń** shivite, habet in se S & X.  
**ń** sha, habet in se ſ, vel **ѡ** h. e. sh. } triplex

**з** semlia i. z.

**ѳ** thita i. th } Duplices.

**ѳ** fert i. ph

**х** bir i. cb

**Ѱ** psè i. ps

\* Per sonantes, seu vocales. Quarum aliae sunt:

Duplices, seu diph-  
thongi: ut sunt:

Simplices:

H. IE. IO. Ε. ΟΥ. Υ.  
ja. je. jo. ju. ε. ου. υ.

Et **ᾳ** Iad, que & diphthongi Graeca et antiquae diphthongi ei vim habet: ac syllabæ ja.

Reliqua Elementa omnia, simpliciunt consonantium  
habent potestatem.

## DE NOTIS NUMERA- libus Cyrilicis & earum pro- pagatione.

Literæ significant etiam numeros.

Sic primus ordo erit monadicorum, quos  
vulgaris Logistarum, digitos appellat, qui nimirum  
ad denarium non assurgunt, ut sunt:

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Σ. Ζ. Η. Θι.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Secun-

## PHIA CYRILICA.

7

Secundus ordo est decadum: hos logistæ articulos, appellant, qui nimirum denario divisi surgunt, hoc est, qui in .o. desinunt, ut sunt:

**І·К·Л·Н·Н· О·П·С·Ξ·**

10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90.

Tertius ordo est centenariorum, ut sunt:

**Р·С·Т·У· Ф·Х· В·Ψ· Θ· Ψ·**

100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900.

**ꝝ·**

1000.

Hinc fiunt compositi Numeri, videlicet ex digitis & articulis, hoc est, ex decadibus & monadicis, sic:

**Я· Б· К· К·**

11. 12. 21. 22.

Quæ alibi diligentius pervestiganda sunt: hæc monstrasse, ceu digito, hic satis est.

Exemplum Cyrilica scripture, unde lectionem addiscere licet, ubi singulis Cyrilicis, siguli, latinis literis, expressi versus, adeoꝝ, literæ literis, subjiciuntur.

A 4

MO.

МОЛНТВЯ НЕДНА  
MOLITVA NEDIL.

Н Я

N A.

Отецъ Нашъ Иже Иесъ

Otce nash, ishe jesi

Pater noster, qui es

ОУ НЕБЕСИХъ: ПОСВЕТИ

v' nebesih. posveti

in cælis. Sanctificetur

СЕ ИМЕ ТВОІЕ: ПРИДИ

se ime tvoie. Pridi

nomen tuum. Adveniat

КРАЛЕСТВО ТВОІЕ: БУДИ

kralestvo tvoje. Bu di

regnum tuum. Fiat

volja

**СОЛА ТСОИ КАКО УНЕБИ**

volja tvoja: kako v'nebi  
*voluntas tua : Sicut in cælo*

**И ТАКОН НА ЗЕМЛНХ СЛНБ**

i takoj na semlji. Hlib  
**¶ sic in terra. Panem**

**НДШ ССДКД ДНН ДДН НДМЬ**

nash vsakdanji daj nam  
*nostrum quotidianum da nobis*

**ДДНДС: И ШПОУСТН**

da nas. I odпусти  
*bodie. Et dimitte*

**НДМЬ Д8ГЕ НДШЕ, КАКО И**

nam duge nashe: kako I  
*nobis debita nostra: sicut ¶*

A 5 mi

МН ѿпѹшамо донжнн:

mi odpuſzhamo du shni-  
nos remittimus debitori-

КОМ Нашимъ: Н Недседи

kom nashim. I nevavedi  
bus nostris. Et ne inducas

НДС ГНдПдСТ. Дд НСБдСН

nas vnapast. Da isbavi  
nos in tētationē: sed libera

НДС ОДЬ СЛд. ИКО ТВО:

nas od sla. Iako tvo-  
nos à mala. Qvia tit-

И Е КРАЛЕСТВО Н МОЩ,

je je kraleſtvо, I mozh,  
um est Regnum, E potentia,

Н СЛдБд С дсЕКН ЯМЕН.

I slava, vaveki. AMEN.

E gloria, in facula. Amen.

SECVN

*SHN*  
*shni-*  
*ri-*  
*VEDH*  
*vavedi*  
*ducas*  
*Edgh*  
*pavi*  
*era*  
*TBO*  
*tvo-*  
*tit*  
*МОЩ*,  
*mozh,*  
*potentia,*  
*AHEN.*  
*AMEN.*  
*Amen.*  
*SEC*

## SECVNDA TABELLA DE ORTHOGRAPHIA RV- tenica & Moschovitica.

De Orthographia Rutenica & Moschovitica, eram hic subiuncturus, Tabellam: Verū quia illa per omnia cum Cyrilica, & figuris & potestate convenit, nisi qvōd in componendis dictionibus & compendio scribendi, peculiaribus quibusdam vtatur notis. Quare ad præcedentem tabellam studiosos remitto. Ne tamen illis, qui vel in Rutenorum vel etiam Moschovitarum libris legendis, sese exercere volent, mea qvalicunq; decessum opella. Adscripti hīc qvalidam admonitiones, qvō expeditius, quilibet, vel mediocriter attentus, legere queat.

### DE APICVLIS ET LI TE- RIS QVIBVS DAM.

Gravis accentus nota, supradicta scribitur **yo** calibus, quando syllaba debet deprimi.

Toni acuti nota: qvādo syllaba sive initio, sive in fine elevari debet, ut: **и, нөеви.**

**НӨЕВЫ**

Hæ notæ supra literas positæ, s. seu sigma græcum significant.

Supra literas posita, m. significat,

Nota

Nota hac, vocales, initio in more græco.  
rū notantur, vt: <sup>2</sup>EAHN OM OV  
id est, edinomu.

Nota hæc diæreſeos eſt: Vbi vocales ſe-  
iunctim eſſeruntur.

Supraposita dictionib. X.i.ch significat.

Nota literæ T, supra **ΩΒΡΔΓΛ** otvrag  
literas posita : vt

Nota ὡρέων græci, coniunctim nimirū esse  
rendarū literarū, vt **ΙΩΣΗΦΟΝ**

i. k'vezhnoj, dissyl.est. Abbreviationem significat, qvæ vsu de- præhenditur.

Supra literas positæ, hæ notæ d. signifi-  
cant.

Supra literas posita .sh. significat.

Et breviter, omnes ferè literas, quoties ab  
breviare volunt scripturas, vocalib. supraponunt.  
Quæ omnia & similia in legendis libris Ruteni-  
cis & Moshoviticis, facile observabuntur.

Non inconveniens erit hic subiungere, exemplum Cyrilicæ Scripturæ, superiore adhuc sæculo usurpatæ, ut vel inde convenientia, cum Rutenica atque Moshovitica, eius scripturæ agnoscatur, et est.

EPI.

*EPI T A P H I V M K A-  
T A R I N A E, R E G I N A E B O-  
snensis, T H O M A E, Regis Bosniæ ul-  
timi: vidua, quod habetur Ro-  
ma in Ara cœli.*

**РУТЯРНН КРІЛНЧН БО-**  
KATARINI KRALICI BO  
**СНЬСКОН СТНПЛНХЕР,**  
SANSKOI STIPANA CHER-  
**ЧЕГЛ ШКЕТО ГЛ СИБЕШПО-**  
ZEGA SS VETOGA SABESPO-  
**РОДЛ ЕЛННЕ · HRØHNE ЧИРІ ·**  
RODA ELINE I KVZHE ZARA  
**СТНПЛН · POENH · ТОМЛША ·**  
STIPANA ROE NI. TOMASHA

KRA-

КРАЛІ·БОСАНСЬКОГИ·

KRALIA BOSANSKOGA

ЖЕНІ· РОЛНКО ЖИРН

SHENI. KOLIKO SHIVI

ГОДИИНН· Н· Н· А· НПРИМН·

GODINI L. I. III. I. PRIMI-

НО· ОРНМН НЛАНТИГН·

NV VRIMI NA LITA Gof-

podnja.

В· О· Н· ЛНТО· Н· К· Н·

M.CD.LXX.VIII.LITO,NAXX.I.

Е· АНН· ОКТОБРЯ· СПОМН·

V. DNI OCTOBRA, SPOMI-

ЧИКНЕ ПНБЗМОМЬ· ПО·

NAGNE PIBSMOM PO-

STA.

СТАБЛЕНЬ.  
STABLEN.

*Interpretatio Epitaphij latina.*

Catarinæ, Reginæ Bosnensi, Stephani, Ducis sancti Sabæ, ex genere Elenæ ac domo Cæsarialis Stephani, natæ: Thomæ, Regis Bosniæ uxori. Quantum uixerit annorum LIII. Et obiit Roma, Anno Domini M. CCCC. LXXVIII. Die XXV. Octobris, Monumentum ipsius, scriptis positum.

**TERTIA TABELLA**  
**DE ORTHOGRAPHIA, QVAM**  
**Diuus Hieronymus Stridonensis suis**  
**popularibus Croatis invenisse dicitur,**  
**figuris solum ab Cyrilicis Elementis**  
**discrepans: Eius literatura**  
**est sequens ordo.**

FIGV.

## FIGVRA.

Maius. Minus. Cur. Nom.. Poteſt.

Nota num.

		As	A a	1
		Boga	B b	2
		Vidil, V consonans.		3
		Glagole	G g	4
		Dobro	D d	5
		Eſti	E e	6
		Shivite S.	Est propria huius lingua li- tera, id quod est videre in dictione, shena.	
		Selo	Nil nisi numerum significat.	
		Semla	S cum stridore efferenda, ut ferē Z.	
		ishe.	Est nota numeri. 10.	

X	B	co	i	Ii	20
И	И	je		Ie syllaba	30
К	К	3	Kako	Kk	40
Л	Л	и	ludi	Ll	50
М	М		mislite	Mm	60
Н	Н	и	nash	Nn	70
Я	Я		on	Oo	80
Р	Р		Pokoj	Rp	90
Е	Е		Rezi	Rr	100.
Б	Б		Sloves,	Ephraimiticum	200

<b>Ҭ</b>	Ҭ ҭ	Tèrdo	T :	300
<b>Ѱ</b>	Ѱ ѱ	uk	Vu vocalis.	400
<b>Ѳ</b>	Ѳ Ѳ	Fèrt	F f	500
<b>Ҥ</b>	Ҥ Ҥ	Hir	Ch	600
<b>Ѻ</b>	Ѻ Ѻ	Ot	Numerum notat	700
<b>Ѽ</b>	Ѽ Ѽ	schzha	shzh	800
<b>Ѷ</b>	Ѷ ѷ	Gi	C c	900
<b>Ԇ</b>	Ԇ Ԇ	Zherv	Zh	1000
<b>Ѽ</b>	Ѽ Ѽ	sha	sh	Ebræum ψ. Græcum χ.

**I** Ier, Nihil per se sonat, sed in fine dictionum ponitur, quæ in consonantem desinunt. Deinde ubi consonantes durius coeunt, ibi interponitur.

**II** | **II** **II** Iad, Est syllaba, Ia, & omnium vocalium capax: ponitur etiam pro diphthongo græca & latina antiqua ej.

**III** | **IV** **V** Ius ju syllaba.

Atq; hæc sunt in vniuersum 32. Elementa, quibus Croatæ & verba & Numeros signant. Quæ cum peculiaria sint, sic nisi, M, à Latinis & φ à Græcis habent.

DIVISIO LITERARVM  
CROATICARVM SEV  
Glagoliticarum.

Elementa

Elementorum Glageliticorum, alia sunt

Nil nisi note, numer. vt:

Literæ harum, aliae sunt

<b>ᚩ. ᚪ. ᚫ.</b>	Non sonantes,	Sonantes, &
8. 10. 700.	I. jer.	hæ vel

Consonantes, ha-  
rum aliae sunt.

Per se sonantes, qvæ  
sunt vel

<b>ᚢ</b>	shzha, Septu- plex, qvæ tot consonantiū vim has- bet. Habet enim in se ja. je. ju. a e i o u & præter duo Z, etiā Z, & insuper ipsum s.	Diphthongi	Monophthongi.
<b>ᚦ. ᚨ. ᚪ. ᚪ. ᚧ. ᚧ. ᚧ.</b>			

zherv. Quadruplicem. Habet enim in se Z & X.



shivite, Habet in se vim S & X.



sha. Hæc verò S & X: Triplices.



sem'ja, Z id est, SS. vel sd.



fert, valet Φ Græcum vel ph. velf.



hir, X vel ch: duplices.

Relique consonantes, sunt simplices.

**DE NOTIS NUMERALIBUS Glagoliticis in specie, & de numerorum propagatione.**

Literæ etiam Numeros signant, quorum tres sunt ordines:

Primus ordo est monadicorum, qui non assurgunt ad denarium, ut sunt:

Ĭ. Ȑ. Ȕ. ȑ. Ȓ. ȕ. Ȗ. ȗ. Ș.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Secundus ordo est denariorum, ut sunt:

ȏ. Ȕ. Ȑ. ȑ. Ȓ. ȕ. Ȗ. ȗ. Ș.

10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90.

Tertius ordo est centenariorum, ut sunt:

ȏ. Ȕ. Ȑ. ȑ. Ȓ. ȕ. Ȗ. ȗ. Ș.

100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900.

**Millenarij.**

 Hinc fiunt compositi, ex Monadicis de-  
1000. narijs, & centenarijs.

Præponuntur verò vel postponuntur mo-  
nadici, iuxta gentis loquendi morem , vt:

**¶· ¶·**

11. 12.

## **EXEMPLVM GLAGO.**

*litica seu Croatica scriptura,  
pro exercitio legendi.*

**Молитва неділня**

Molitva nedilnja.

Oratio dominica.

**Озже наш, ише еси на не-**

Pater noster, qui es in cœ-  
besih

Свештите. Светијајте имена твоја.

besih. Svetise ime tvoe.  
lis. Sanctificetur nomen tuum.

Миротворачије и смиреност твоја.

Pridi cesarstvo tvoe. Bu-  
Adveniat Regnum tuum. Fiat  
твоја љубитељова. Бидејте волја  
di volja tvoja: jako na ne-  
voluntas tua: Sicut in cœ-

штога. У землији твојој. Домаћи

besih: I nasemlj. Hlib  
lo ε in terra. Panem  
ваша љубитељска љубовь да  
nash usagdanni daj nam  
nostrum quotidianum da nobis  
B 4 današ.

ଯାତ୍ରାଦି କାମକଷଣେ ଏଠିମି

danas. I odpusti nam  
hodie. Et remitte nobis

ନୀତିକ୍ଷେତ୍ର ରାଜ୍ୟକୁ କୁଳକ୍ଷେତ୍ର ସମ୍ବନ୍ଧୀୟ

dlgi nashe. Iakoshe i mi od-  
debita nostra: sicut  $\mathfrak{C}$  nos re-  
ଖାପୁଲ୍ମ ନୀତିକ୍ଷେତ୍ରେ ଏଠି

Pushzhamo dl shnikom na-  
mittimus debitoribus no-

ଶେମି. କାମକଷଣେ ଏଠିଦି ଶେଖ

shim. I nevavedi naš v'na-  
stis. Et ne inducas nos in ten-

ମାତ୍ରା ପଥ୍ୟବିହୀନେ ଏଠିତି

past. Naisbavi naš  
tationem: sed libera nos

ed

БОГУСЛАВИЧЕСКАЯ  
 od neprijasnj. jako tvoe je  
 à malo. *Qvia tuum est*  
*УДАРНОСТИ РИМСКОЙ И МОСКОВСКОЙ*  
 cesarstvo, I mozh, I slava  
*Regnum & potentia, & gloria,*  
*СИРИЙСКОЙ И СЛУЖАЩИХ*  
 vaveki. AMEN.  
*in sacula.* Amen.

## TABELLA QVARTA.

### ORTHOGRAPHIA latinoCarniolana.

Literæ Carniolanæ simplices sunt viginti quinque, quas hic, quo sese apud latinos ordine sequuntur, ponere, & slavicè appellare liceat.

Accidunt verò literæ Tria.

NOMEN. FIGVRA. POTESTAS.

As Aa Adam.

B s Bog.

Boga	B b	Barbara.
Ci	C c	Huius literæ poterit esse usus in dictionibus Carniolanis, sicut & in latinis, videlicet ante, a & i, vocales, vt in voce Cerkov, id est, templum, apparet: sed in dictionibus peregrinis (appellabuntur verò hic peregrinæ dictiones omnes, præter slavicas) sius retinendus, proprio idiomati conveniens, huius literæ usus, quo apparat origo vocum, vt: Christus, Catechismus &c.
Dobru	D d	David
Esti	E e	Elias.
Fert	F f	Fabian. In peregrinis sua observanda orthographia, vt Ephraim, Pharao &c.
Glagole	G g	Gabriel.
Hir	H h	Hvala. In Carniolana lingva nunquam, nisi pro ch vel x, græco efferenda.
I	I i	Isaias, Israel &c., quæ sit interdum consonans, ut inferius videbitur.
Kako	K k	Kamen, kaj, kimoviz,
Ludi	L l	Laban, Levi, Lia, Sed interdum crassè efferenda, quasi sit gemina, præsertim in fine, vt: débel, Crassus, &c.
Missite	M m	Maria.
Nath	N n	Nahor.

On	O o	Obád.
Pokoj	Pp.	Pamet, Peter, Pilatus.
Qu	Q q	huius literæ vsus erit in dictionibus peregrinis, vt: Qvirinus, Quin- tilianus, qvitinga &c.
Reci	R r	Rahab, Riba, &c.
Slovo	s	sabia, sejme. refert

Croaticum  $\text{P}.$ 

Semla            S s            slatu, semla, sima. Re-  
spondet Croatico.  $\theta\text{H}$ . vt est videre in voce Ger-  
manica Samen/ id est, semen.

Térdo            T t            Tabla, Torba, Turk.  
Vk                Vu            Vni, Vna, Vnu, ut  
latina vocalis, u, vel græca diphthengus, ou.

Vidi              V v            exprimit v.

Consonantem, vel græcum  $\beta$ , : vt vajlam, id est  
volvo, Velim, id est, Iubeo &c.

IX                X x            Xerxes, Xeno-  
phon, nisi in peregrinis dictionibus, alias non  
erit in lingva Carniolana huius literæ vsus.

Ypsilon            Y y            pro i. acuto, &  
etiam in peregrinis erit huius literæ vsus.

Zita              Z z            pro , c , latino ante omnes  
vocales, vt: Zagati, id est, desperare, zeu, id est,  
fistula, Zilu, id est, integrum, &c.

Atq

Atque hæ sunt simplices XXV. figuræ. <sup>V.</sup>  
rum præter has, latinis vñstatas literas simplices, requiri  
omnino Carniolanum Idioma, adhuc quatuor sequentes, quæ  
peculiares simplices, quibus respondeant, non habent. Itaq;  
quoad eius fieri potest, pluribus latinis literis erunt reddende  
in hunc, ut sequitur, modum.

sha                    sh                    shala, id est, iocus, she  
ma, id est, larva, shilu, subula, shula, id est, scho  
la, Est Croaticum **W** vel Ebræum **W**, vel græcum

**X.**  
Shivite            sh                    shaba, id est, rana  
shena, i.e. uxor, seu fœmina vel Mulier, shèlzi  
.i. fel, shivina, id est pecus, brutum &c. hæc est pe  
culiaris linguae Carniolanæ litera, Croatæ ping  
tur sic **W**, fortassis saxonibus non inusitata &

Zhèrv               zh                    Zhapla, id est, ardea  
Zhelu, i.e., frons, Zhudu id est, miraculum. Cro  
atæ sic pingunt **+**  
shzha               shzh.                shzhym, i.e. mejo  
veishzha, id est, Strix. Croatæ pingunt sic **W**

*sic erunt in omnium in Carniolana lingua, latini  
literis exprimenda, Elementa XXXIX.*

## DIVISIO ELEMENTORUM.

Literæ

Literæ Carniolanæ sunt XXIX. vt  
in tabella videre licuit.

Et hæ sunt, vel vocales, vel consonantes  
Vocales sunt quinq;  $\alpha$   $\varepsilon$   $\iota$   $o$   $u$ ,  $\varnothing$ , si libet,  $\gamma$ .  
Hæ sunt vel breves, notatae sic:  $\acute{a}$   $\grave{e}$   $\dot{\imath}$   $\grave{o}$   $\acute{u}$ . vel longæ, hoc  
modo signatae  $\acute{a}$   $\grave{e}$   $\dot{\imath}$   $\grave{o}$   $\acute{u}$ .

Ex his fiunt diphthongi, scilicet ja je ji jo ju,  $\varnothing$  va  
ve vi vo vu.  $\varnothing$  Triphthongi, jaj jij jijj joj juj.

Consonantes sunt reliquæ literæ omnes, sed ex his.

1. Septuplex est una, scilicet shzha i. shzh.

2. Quadruplex, una, i. zherv i. zh.

3. Triplex una, s. sha. i. sh vel  $\chi$  vel  $\mathfrak{U}$ .

4. Duplices, tres, fert. i. f. vel ph. Hir i. h vel  $\chi$ .  
Semlia i. s. vel z.

## DE NUMERIS PER literas notandis.

1. Ex tota turba literarum, saltem septem (quemadmo-  
lum  $\varnothing$  vulgo apud latinos) literæ in notandis numeris usur-  
pantur, & sunt;

I. V. X. L. C. D. M.

1. 5. 10. 50. 100. 500. 1000.

2. Singula hæ literæ seipsas, toties, quoties ponuntur  
Significant. Sed ex eis, prima, tertia & quarta, ingemi-  
iantur recepto more, ad summum, quater: sic:

III. XXX. CCCC.

4. 40. 400.

3. Maioribus præpositæ minores, suo valore privant  
maiores

maiores, sic:

IV.	IX.	XL.	XC.	CD.	CM.
4.	9.	40.	90.	400.	900.

Annus currens sic notatur:

M. D. XXCIV. vel sic: CIO. IO. XXCIV.  
Sed hoc alibi copiosius & rectius docetur.

DE APICIBVS quibusdam & no-  
tulis in Orthographiæ ratione, necessariò obser-  
vandis.

De nota Accentus gravis.

I Qvia lingvæ slavice ea est natura, ut voca-  
les quidem scribere, sed eas interdum, non, nisi obscurè &  
vix sensibiliter efferre oporteat, Quare, ut ubi illud fieri de-  
beat, aliquod extet indicium, notula gravis accentus compo-  
nendissime signabitur, sic:

Pér, id est, apud.

Pèrvi, id est, primus.

Pèrt, id est, velum.

Vert, id est, hortus.

De nota accentus acuti.

II. Non inconveniens erit in elevandis syl-  
labis, acuti toni notam, supra syllabas collocare, sic: délam-  
id est, Laboro, pejlám, id est, duco seu vebo, &c. Nam et si id,  
uplicatione vocalium significari posset: tamen compendio-  
sive obc erit. Et certè in differentijs constituendis id omnime  
fa. ien um, ut: poleti.i. aestate, & poleti.i. volabit, &c.

De

## De Nota apostrophi:

III. Peculiare est hoc lingvæ slavicæ, præpositiones quasdam, præfixis quibusdam literis simplicibus, ut sunt: H. K. S. & V, cum est Consonans, significare. Quod vero, quo animadverti posit, apostrophi nota, à tergo litteræ, ad caput adposita, id comodissime notabitur, sic:

Ad	b'	Ad Templum, h'zerkvi.
		Ad Gregorium, h'Gregorju
		Ad Lapidem, h'Kamenu.
		Ad Quintilianum, h'Quintiliatu
Ad	k'	Ad Patrem, k' Ozhetu.
		Ad me, k'meni.
		Ad te, k'tebi.
		Ad Hieronymum, k' Hieronymu
		Ad Ducem, k' Herzogu.

Si qrem movet, hic, H. & K. pro eadem prepositione videlicet, Ad, poni, Is sciat hanc rem aurium saltem iudicio constare & deprehendi. Deinde animadvertet quisq; facilior rem esse pronunciationem & etiam visitatiorem, si, H. ante C. G. K. Q. at K. ante omnes vocales & reliquas consonantes ponatur.

Cum, s'	s'	Cum Patre, s' Ozhetom.
		Cum Matre, s' Materjo.
		Mecum, s' mano.
		Tecum, s' tâbo.

In, v' {

In templum, v'zerkov.
In scholam, v'shulo.
In templo, v'zerkvi.
In schola, v'shuli.

Sequuntur quædam obſeruationes.

I. Cæterum, si vſu veniret, dictionis primam literam, cum ipſa præfixa præpositione, & figura & potestate, convenire, tum, quo facilior sit pronunciatio, post litera dictionis initialis omitti, & ipſa præfixa præpositionis litera, nihilominus apostropho signari, quod indicio erit, similem præpositioni literam esse rejectam. Siquidem eiusmodi concursu literarum pronunciatio, vel difficulte, vel ne fieri quidem posſit, præsertim si v. consonantis vim ubique servare debeat: Et due consonantes, nulla mediante vocali, in syllabam coire nequeunt, vt

v' In boucm, v'vola.

In bore, v'voli.

s' Cum filio, s' sinom &c.

Quare rectius scriberetur sic:

v'ola, in bovem,

v'oli, in bove.

s'inom, cum filio.

II. Si præfixam literam, proprium Nomen sequetur, tum præpositio ipſa, à minuscula cum apostropho, at proprium nomen à maiuscula initium sumet, vt:

k' Adamu, ad Adamum.

k' Hieronymu, ad Hieronymum.

k' Petru, ad Petrum.

k' Paulu, ad Paulum.

III. Que.

III. Quoties i. erit consonans, sive id præponatur sive postponatur, vel sibi ipsi vel alijs vocalibus, toties paulum propendente cauda erit pingendum, sic:

Exempla præpositæ i.

Iama, foaea sev spelunca.

jem,	edo.
jidi,	eas, ab eo.
jokam,	ploro.
Iunák,	gigas.

Exempla postpositæ i.

Daj, da.

Sej, semina vel sere }  
svoj, suis. } monosyllaba.  
ptuj, peregrinus.

Exempla vtriusque.

Iaize, ovum, dissyllabum.  
jeisti, edere, dissyllabum.  
jej, ede, monosyllabum.

C

De

DE COMBINATIO-  
ne Literarum.

III. In cogendis literis in syllabas eadem est hic ratio, quæ vcl apud Latinos ved apud Graecos: Verum hoc peculiare est in lingua Carniolana: quod in syllabis, ja, je, ji, jo, ju, in quibus j. consonans est, quælibet alia consonans, ante eas syllabas posita, potest coire in eandem syllabam, cum eis, ut:

bja, ut: *verbja*.

bje, ut: *verbje*.

bji, ut: *verbji*.

bju, ut: *verbju*, sic: *djal, ludje, semija,*  
*& sic de ceteris.*

V. Universale sit hoc: in peregrinis vocibus suam observandam Orthogaphiam, ut: Abraham, Hebron, Chanaan. Hildebrant, Catechismus, Christianus, Gothart, VValthasar, Gaspar &c.

De notis distinctionum.

VI. In distinguenda oratione & eius partibus, quemadmodum apud latinos.

Com.

Commata, Cola, Periodi, Eretemata Parentheseis } signabuntur sic { :

QVINTA TABELLA,  
qua, Cyrilica, Croatica, (cum qui-  
bus, ut plurimum Rutenica & Mo-  
shovitica conveninnt) Boemica, Lu-  
satica seu vandalica, & Carniolana  
lingua collationem continet: unde, ho-  
rum sex vel, si vis, octo idiomatum,  
omnium cognatio, atq; adeo eadem  
origo, vel oculis ipsis, depre-  
henditur facilime.

ORATIONIS DOMINI  
æ Synopsis in lingva.

Cyri-

<i>Cyrilica,</i>	<i>Croatica,</i>	<i>Polonica,</i>
Otze	Ozhe	Oycze
nash,	nash,	nash,
ishe	ishe	ktořiſh
jesi	esi	jeſſ
v'nebesih.	nanebesih.	vvnjebjefzjesch.
Posvetiſe	Svetiſe	Svvieczſzje
jme	jme	miono
tvoje.	tvoe.	tvoe.
Pridi	Pridi	Przidz
Krajleſtvo	Cesarſtvo	Kroljeſtvvo
tvoje.	tvoe.	tvve.
Budi	Budi	Badez
volja	volja	vvolja
tvoja:	tvoja:	tvva:
kako	Iako	jako
v'nebi,	nanjebesih,	vvniebje,
i takoj	j tako	tak i
nasemlji.	nasemlij.	naziemi.
Hlib	Hlib	Chlieb
nash	nash	nasz
vsakdanji	vsagdanni	Povvszedni
daj nam	daj nam	daj nam
danas.	danas.	dzisjaj.
I odpuſti	I odpuſti	I odpusz
nam	nam	nam

duge

**Boëmica, Lusatica, Carniolana.**

Otzie	vvosch	Ozha
nass,	nasch,	nash,
genz	kensch	kir
sy	sy	si
vvnebesych.	nanebebu.	v'nebésih.
Osvietse	vvusvvelchone	posvezhénu bodi
g'meno	me (bushy)	jimé
tvve.	tvvoye.	tvoje.
Przid	pshish (knam)	Pridi (knam)
Kralovvstvvy.	krajlestvo.	krajlestvu.
tvve	tvvoio.	tvoje.
Bud	so stany	s'ídíse
vvule	vvoli	volja
tvva:	tvvoja:	tvoja:
yako	takháck	kakòr
vvnebi,	nanebù,	nanebi,
tak y	tak heu	taku
nazemi.	nasemay.	nasemljji.
Chleb	Klib	Kruh
nass	nasch	nash
vvezdegssy	shidni	v'sakdajnji
dey nam	day nam	daj nam
dnes.	Shensa.	dones.
A odpust	A vvoday	Inu odpusti.
nam	nam	nam

<i>Cyrilica,</i>	<i>Croatica,</i>	<i>Polonica,</i>
duge	dlgi	vviny
naſhe :	naſhe:	naſze:
Kako	Iako she	Iako
I mi	I mi	I mi
Otpushzhamo	odpushzhamo	odpuszami
dushnikom	dlshnikom	vvinovvaizom
naſhim.	naſhim.	naſzim.
Inevavedi	Inevavedi	Inievvodz
nas	nas	naſz
v'napaſt,	v'napaſt.	vvpokuſzenje.
Daisbavi	Naisbavi	Aliczbavv
nas	nas	naſſ
od ſla.	od nepriasnī.	ode zlego.
Iako	Iako	Albo vviem
tvoje je	tvoje je	tvvoje jest
Krajleſtvo,	Cesarſtvo,	Kroliſtvvo,
I mozh,	i mozh,	i mocz,
I ſlava,	i ſlava,	i hvvala,
vavekј.	vaveki.	vvieki vviekom.
Amen.	Amen.	Amen.

vvini

**Boëmica, Lusatica, Carniolana.**

vvini	vvyni	dulge
nasse:	nashe:	nashe:
Iakoz	ack	kakòr
y mi	my	tudi mi
odpaustime	vvodavvamy,	odpustimo
vvniknom	vvnikam	dulshnikom
nassym.	nashim.	nashim.
Nuvvod	Nevveshi	Inu, neupelaj
nass	nass	nas.
vvpokusseni.	do spitovvana.	vítkushno.
Ale zvvavviz	Ale vvimoshi	Tamazh reshi
nas	nass	nass
odzleho.	vvot slego.	od slega.
Neb	psheto	Sakaj
tvve gest	tvvojo jo	tvoje je
kralovvstvvy,	to kralestvo	krajlestvu,
y moz,	a ta moz,	muzh,
y thvvala,	a ta zest,	zhaст,
navviekv vvie-	vvotnymerno vekoma,	
(kuom.	shi k'nymernosti.	
Amen,	Amen,	Amen.

## DE ETYMOLOGIA.

**P**Artes orationis slavonicæ lingvæ sunt totidem, quot apud latinos, videlicet: Nomen, Prónomen, Verbum, Participium, Aduerbiūm, Coniunctio, Præpositio & Interiection.

## De Nominе.

Nomen aliud proprium, ut: Ioannes, aliud appellativum, ut: Sodēz, iudex, Richter/ Appellatuum, aliud substantiuum, ut: Kojn, equus, Ross, aliud Adiectuum, ut: Dobár, bonus, Gute.

## Accidentia.

Nomini accidentunt octo: Motio, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus, Declinatio & species.

## De motione Adiectivorum.

Adiectiva moventur ex masculina terminatione, in femininam & Neutram. Adiectiva masculina desinunt in onines consonantes. At, Fœminina in A: Neutra, vel, in V uel in E: In V. quidem plurima, at in E. plerumq; ea, quorum MASCULINA in :zh, desinunt, vel quæ puram habent terminationem, ut: ardezha, zha, zhe, Rubeus, ea, um, Rott. Boshji, ja, je, diuimus, a, um, Géttlicher. Ptuj, ja, je, peregrinus, frembd. Id quod etiam in Participijs verum est, ut: Delajozhi, hic laborans, Delajozha, hæc laborans, Delajozhe, hoc laborans; Et in pronominibus, ut: nash, a, e, noster, a, um, vnser. Item, moj, a, é, meus, a, um, meiner.

De motione substantivorum. Moventur etiam substantiva, per duas terminaciones, vbi fœminina semper in a exeunte,

ut:

DE NOMINE,

ut: Kojn, equus, Ross, Kojnka, equa, Ressiu/Feldin, Leo, Lerv. Levinja, Leana, Lervit.

C O M P A R A T I O .

Positivi terminatio est varia.

Comparativi vero & superlativi una tantum, & omnis generis, videlicet: shi. Praesoluta enim comparativo particula: nar: fit superlativus. Est igitur regularis comparatio eiusmodi.

	M.	F.	N.
P.	Brumèn,	Brumna,	Brumnu.
C.	Probus,	proba,	probum.
S.	Brumnishi hic probior,	:shi, hec :or,	:shi. hoc :us.
	nár brumnishi:	shi:	:shi.
	probissimus,	simá,	simum.

Notatio.

Ferè fit, quoties in ultima syllaba, vocalis obscurè pronuncianda venit, illa etiam in formatione graduum & casuum vel etiam personarum, quasi evanescat, ut hic: à Brumèn: fit, Brumnishi, ubi, e, evanescit, quod erat in positivo.

Comparatio etiam fit per periphrasim, hoc modo: Additis nimirum, ad positivum particulis, boj, uel, uezh, id est, magis vel potius, fit comparatiuus. At si adduntur ad positivum particulae, vissoku, mozhnu, cilu, ac pre, fit superlatiuus.

Comparaturq; periphrasticos, iam positum exemplum nunc modum.

	M.	F.	N.
P.	Brumèn,	Brumna,	Brumnu,
C.	Probus,	proba,	probum.

C 5 C. Boj

C,	Bojl, Vezh,	<i>Brumēn,</i> <i>probior,</i>	<i>mna,</i> <i>or,</i>	<i>mnu.</i> <i>probius.</i>
S.	Vissoku.	<i>Brumēn,</i> <i>probissimus,</i>	<i>mna,</i> <i>a,</i>	<i>mnu.</i> <i>mum.</i>

## Irregularis comparationis Exemplum.

	P.	C.	S.
M.	Dobér,	bujſhi,	narbujſhi.
	Bonus,	melior,	optimus.
F.	Dobra,	bujſhi,	narbujſhi.
	Bona,	melior,	optima,
N.	Dobrú,	bujſhi,	narbujſhi.
	Bonum,	melius,	optimum.

Sic comparantur sequentia.

	P.	C.	S.
M.	Hud,	bujſhi,	narbujſhi.
	Malus,	peior,	peſimus.
F.	Huda,	bujſhi,	narbujſhi.
	Mala,	peior,	peſima.
N.	Hudu,	bujſhi,	narbujſhi.
	Malum,	peius,	peſimum.

Item,

DE NOMINE,

45

Item,	P.	C.	S.
M.	Velik	Vekshi,	narvekshi.
	Magnus,	maior,	maximus.
F.	Velika,	vekshi,	narvekshi.
	Magna	maior	maxima.
	veliku,	vekshi,	narvekshi.
	Magnum,	maius,	maximus.

ANNOTATIO.

Comparativorum & superlatiuorum, tam singulares quam plurales nominati, sunt omnis Generis: At per reliquos casus & numeros declinantur. Movent quidam comparativos & superlativos in nominativo, sed in usitatè.

DE GENERE.

Genus cognoscitur.

Significatione, ut: Ozha, id est, Pater, Mati, Mater, Brat, Frater, sestra, soror.

Terminatione. Quia foemina sunt ea, quæ in nominativo singulare desinunt in, A, & in plurali in, E, ut: Mati, Mater. Matere, id est. Matres. Neutra vel in, E, vel in, V, in singulari Nominativo & in Plurali in A, ut: tu delu, id est, labor. ta dela, labores. sic: tu dobru, hoc bonum, ta debra, & bona.

Cetera sunt Masculina, sed omnia desinunt in plus ali in, I, ut: Ta velik, hic magnus, ti veliki, hi magni.

FIGV.

## FIGVRA.

*Figura, alia.*

*Simplex, ut: pravizhén', iustus, gerecht.*

*Composita, ut: nepravizhén, iniustus, ungerecht.*

*Decomposita, ut: nepravizhnost, Injusticia, ungerechtigkeit.*

## CASVS.

*Casus hic totidem sunt, quot apud latinos, scx, scilicet,*  
*Nominatiuus, ut: ta mosh, hic vir, der Mann.*

*Genitiuus, tiga mosha, huius viri, des Mans.*

*Datiuus, timu moshu, huic viro, dem Mann.*

*Accusatiuus, tiga mosha, hunc virum, den Mann*

*Vocatiuus, ô ti mosh, ô vir, ô du Man.*

*Ablatiuus, od tiga mosha, ab hoc viro, von dem Mann.*

## DECLINATIO.

*hie, letá Declinationem indicabit. Nam casus  
 Pronomen hæc, letá sequitur, ut Plurimum termina-  
 hoc, letú. tionem, huius pronominis.*

*Quare de articulo sequitur.*

## DE ARTICULO.

*Extra declinationem, quemadmodum in latina lingua, articulorum usus revera non est, neq; etiam esse debet in slavia & Carniolana lingua. Nam quod vulgo in loquendo usurpatur articulus à Carniolanis, fit id solum Germanice linguae prava imitatione, & non necessitatis causa. Siquidem omnia, planè & significanter, sine articulo efferri possunt, Id quod ex alijs, antiquioribus & utpote Dalmaticis & Croaticis (ex quibus hæc, Carniolana, cœ ex fonte, promanavit) idiomatis, luce meridiana, clarius patet & verisimiliter effici-*

efficitur. Verum quoniam per articulum, Genus, Casum, et Numerum venamur: Et in declinando eius usus existit necessarius. Quare prouominis, hic, haec, hoc, (quod interim, articuli nomine dignabimur) declinationem, hic subiungemus.

### Articulus Generis Masculini.

#### Singularis Numerus.

N. Tā hie. (der

G. tiga, huius

D. timu, huic.

Ac. tiga, hunc.

V. ô ô

Abl. od tīh, ab his. G & Abla.

vus coincidunt, sic Nom: & Voca.

hic Gen. Ac. & Abla, conver-  
niunt terminatione, quemad-  
modum Nominatiuus, & Vo-  
catus. Dativus peculiarem  
abet terminationem. Vocati-  
us est aduerbiuM Vocandi ô.

#### Dualis Numerus.

J. Tā, hi duo.

tiu, horum duorum.

tima, his duobus.

tā, hos duos.

ô ô.

Al. od tiu, ab his duobus.

Hic, Nominatiuus, & Ac;

terminatione conueni-

unt: sic Geni, & Ablati-

uuus.

#### Pluralis Numerus.

N. ti, hi (die

G. tib, horum

D. tim, bis

Ac. te, hos

V. ô ô

Abl. od tib, ab his. G & Abla.

vus coincidunt, sic Nom: & Voca.

### Articulus generis fœminini.

#### Sing. Nume.

N. ta, haec (die

G. te, huius

D. ti, huic.

Ac. to, hanc.

V. ô ô.

Abl. od te, ab haec.

Hic gen: & abla. sunt  
similes.

#### Dualis numerus.

N. te, haec due (die two.

G. tiu, harum duarum.

D. tima, his duabus.

Ac. te, has duas.

V. ô ô.

Abla: od tiu, ab his duobus,

Nom: & Accusa: item, Gen.

& Abla, convenient.

Pluralis Numerus.

N. tē, hē (dic.)

Ge. teh, harum.

D. tem, his

Ac. te, has.

V. ô. ô

Ab: od teh, ab his. Nom. &

Acc. Item Ge. & Abla, coincidunt.

Articulus gen. Neutri.

Singularis Numerus.

N. Tu, hoc. (das.)

Ge. tiga, huius.

D. timu, huic.

Ac. tu, hoc.

V. ô ô.

Abla. od tiga, ab hoc.

No: & Accus. Item Gen.

& Abla, convenient.

Dualis Numerus.

N. Ta, hæc duo (die zwey.)

Ge. tiu, horum duorum.

D. tem, his duabus.

Ac. ta, hæc dio.

V. ô ô.

Ab: od tiu, ab his duobus,

Nom: & Ac. convenient,

sic Gen. & Abla.

Pluralis Numerus.

N. Ta, hæc (die)

Ge. teh, horum.

D. tem, his.

Ac. ta, hæc.

V. ô. ô.

Abl. od teh, ab his

Nom. & Acc. similes, sic quoq; Gen. & Abla.

Nunc igitur Exempla declinationum erunt adscribenda.

Paradigma Masculini Generis.

Singularis Numerus.

N. ta Ozha, hic Pater. (der Vater,

G. tiga Ozhetu, huius patris.

D. timu Ozhetu, huic patri,

Acc. tiga Ozhetu, hunc pa- trem.

V. ô ozha, ô Pater. (tre,

Abl. od tiga ozhetu, ab hoc pa-

Obseruatio.

Incrementum genitivi singula-

ris, s. quod uir reliqui omnes

oblis-

DE ARTICULO

47

obligio omnium Numerorum.

Dualis Numerus.

N. ta Ozhetia, hi duo patres.

G. tui Ozhetov, vel etiam ozhet per apocopen, per syncopen ozhov.

D. tui ozhetama, his duobus patribus & per contracionem ozhetma.

Ac. ta ozhetia, hos duos patres.

Patres.

Ø vi ozhetia, Ø vos duo patres.

Ab. od tui ozhetov, ozhet per apocopen, vel ozhov per Syncopen, ab his duobus Patribus.

Pluralis Numerum.

N. ti Ozheti, vel ozhovi, hi patres.

G. tib Ozhetih, vel ozhetov, vel ozhet, per apocopen, vel ozhov per syncopen, horum patrum.

D. tim Ozhetom, his patribus.

te Ozhete, hos patres

Ø vi Ozheti, Ø vos patres etiam Ozhovi, Crasi quasdam & concisione.

Abl. od teh ozhetih, vel ozhetov, vel ozhet vel ozhov, ab his patribus.

Obseruationes.

1. Vides ubiq; casum seq*ui* terminationem Articuli.

2. Nominatus & Vocatiu*s* sunt similes, id est in omni Numero.

3. Gen: & Acc: & Ablatiu*s*, singulares sunt similes.

4. Nom: Ac. & Vocatiu*s* duales, etiam sunt similes: & Gen: & Ablatiu*s* eiusdem Numeri.

5. Gen. & Abl. plurales, conueniunt terminacione.

Atq; hoc paradigm*a* unum pro multis alijs Masculinis, satis erit pro regula. Seq*ui*untur plura exempla, Carnio LatinoGermanica, vbi formatio Genitivi, subinde addita est.

EXEMPLA MASCULINI generis, incipientia ab

A.

Ajfrar:

Aifrat, ja, Zelotes, Aifferer.  
Navidiv, iga, idem.  
Antverhar, ja, Faber, Handt=  
dwercker.

Arng, a, Halec, Hering.  
Artizb, a, collis, Hügel.  
Hribéz, bz a, idem.  
Arzat, a, Medicus, Artzt.

Bebér, b̄ra, Fiber, castor Bi=  
ber.  
Bérs, iga, velox, schnell.  
Huter, triga, idem.  
Bejednik, a, orator, Redner.  
Beshézh, iga, Fugax, flüch=  
tig.

Beteg, a, dolor, schmertz.  
Betesh, a, idem.  
Birizh, a, stator, Stadt knecht.  
Bogat, iga, Dives, locuples,  
Reich.  
Bokál, a, poculon, Becher.  
Boshji, Strah, ga, a, pietas,  
Gottforcht.  
Brat, a, Frater, Bruder.  
Britfar, ja, Tonsor, Sherer.  
Britof, a, cœmiterium, Kirch=  
hoff.  
Bushéz, shz a, mendicus, Bet=  
ler.

C.  
Cessar, ja, Cæsar, Keiser.  
D.

Dileshni, iga, compos, par=  
ticeps, theilhaftig.  
Divji, ga, Ferox, Wild.  
Divjak, a, idem.  
Dobizhek, zhka, queflus, lu=  
crum, gewinn.  
Dolmazh, a, interpres, Dol=  
metsch,  
Drakon, a, Draco, Drach.  
Smiet, idem.  
Duh, á, odor, Ruch.  
Dul, a, vallis, Thal.

E.  
Erb, a, heres, Erb.  
Enák, iga, similis, gleich, eñne=  
lich.

F.  
Far, ja, Sacerdos, Briester.  
Fendrib, a, Signifer, Fendrich.  
Firscht, a, Dux, Fürst / Ober=  
ster heubtman.  
Viuda, a, idem.  
Fraunzimer, mra, Gynæcum,  
Frauenzimmer.  
Fruschtuk, a, tentaculum,  
morgensup.

- MASCV: Gerab, a, Tutor, gerhab, vor= mund.  
 C. Gibézhin, zhniga, Agilis, glenckig.  
 D. Glass, a, vox, Stimm.  
 Glib, indecl: similis, gleich.  
 Nikar enák, iga, dissimilis, vns. gleich.  
 iga, idem.  
 zhek, zhk, gne. Snadliv, iga, Clemens, mild,  
 rum, gewinn. Milostiv idem,  
 azh, a, interpr. gnedig.  
 etsch, Goltanèz, nz, Guttur, kheel.  
 on, a, Draco, Dr. Golus, a, Sophista, betrie-  
 , idem. ger.  
 á, odor, Ruch. Gospub: a, Dominus, Herr.  
 a, vallis, Thal.  
 irad, a, Arx, geschlossen.  
 Grisézh, iga, mordax, beißig.  
 a, heres, Erb. E. Grosóvit: iga, Atrox, grau-  
 sam.  
 ch. F. vant, a, amictus, gewant.  
 sumi, indecl. Gumi, bech.  
 rib, a, Signifer, Fo- belb, a, Fornix, gewelb.  
 ust: a, Hospes, Gast, zwirt,  
 stgeb.  
 sterheutman. Shier, ja, idem.  
 ld, a, idem.  
 unzimer, mra, Gru- ifshi malik, ga, ka, lar,  
 Frauenzimmer.  
 schtuk, a, lental, Haussgott.  
 morgensup. itter: triga, pernix, schnell,
- H.  
 Kluzh, a, Clavis, Schlüssel.  
 Klafast, iga, loqvaex, klaffrig.  
 Kojn, ja, Eqous, Ross, pferd.  
 Konéz, nz, finis, End.  
 Korén, a, Radix, Wurzel.  
 Kosél, sla, Capér, Bock  
 Kovazh, a, Faber, Schmit.
- D

Krad

Hlapéz: pza, minister, Diener.

Hlapzhizh, a, puer, Knab.  
 Hraſt, a, Quercus, Eichen-bawm.  
 Hrib, a, Collis, Hügel, Berg-  
 lin.

## I.

Iarmark, a, Emporium, Iar-  
 markt.

Sejmén, ma idem.

Iesdez, a, Eqves, Reuter, ge-  
 reisiger.

Shitnik, a, idem.

Isvir, origo, vrsprung, quell.

## K.

Kamén, a, lapis, Stein.

Kamzhizh, a, lapillus, scru-  
 pulus, Steinlm.

Kashel, shla, Tuſis, Husten.

Kerhak, hkiga, Fragilis, ge-  
 prechlich.

Pérbak hkiga idem.

Kluzh, a, Clavis, Schlüssel.

Klafast, iga, loqvaex, klaffrig.

Kojn, ja, Eqous, Ross, pferd.

Konéz, nz, finis, End.

Korén, a, Radix, Wurzel.

Kosél, sla, Capér, Bock

Kovazh, a, Faber, Schmit.

Kradliv, iga, Furax, Diebisch.  
Krajl, a, Rex, König.

Kraj morja, a, littus, gestad am  
Meer.

Kratek, tkiga, brevis, kurtz.  
Kratek, tkiga, Sapopadék,

aka, Epitome, kurtzer be-  
griff.

Kreg, a, Alteratio, certamen,  
lis, zanck.

Krish, a, Crux, Kreutz.

Krivéz, vza, sons, schuldig.

Kroták, ktiga, mitis, mausve=  
mild, sanffmüsig. (tus,

Kruh: a, panis, Brot.

## L.

Lagák, hkiga, levis, gering.  
Gladiik, dkiga, glat.

Lahki, ga, facilis, leicht.

Laß, a, Crinis, Haar.

Lashnik, a, mendax, lügen=  
haftig,

Léd, a, Glacies, Aiß.

Lep, iga, pulcher, elegans,  
Hübsch.

Lisni zherv, ga, a, Cossus,  
Holzwurm.

List, a, Epistola, Brief.

Listár, ja, Tabellarius, Brief-  
trager.

Log, a, Nemus, Dicker  
wald.

Gosd, a, saltus, idem.

Lonzhár, ja, plastes, Figilus,  
Töpffer, Haffner.

Lotér, tra, Furcifer Schalcks=  
pueb.

Pregnan, iga, idem.

Lubestiu, iga, seavis, lieb=  
lich, sueß.

Loj, a, sevum, Vnslichte.

## M

Magnét, a, Magnes, magnet.

Mak, a, papaver, Mag Samen.

Malik, a, idolum, Bild, Götz.

Hifloni malik, ga, a, lar, Hauß=  
gott.

Med, a, mel, Honig.

Stérd: a, idem.

Medén, nig, mitis, mild.

Méh, á, Follis, Blaspalék.

Meh, isusenja, a, vter,  
schlauch vom leder.

Mekák flashter, hkiga, tra,  
Malagma, Zweichpfaster.

Menih, a, monastes, Münch,  
Messez, szamensis, Monad.

Mezh, a, mucro, gladius,  
Schwert.

Milo,

## RIS MASCULINI.

51

Milostiv, iga, Clemens, Gne-	Oblák, a, Nubes, & wolck.
Mir, a, pax, fried. (dig.)	Oblastnik is mej trib, edén, a,
Mlad, iga, juvenis, jung.	Triumvir, Dreyer.
Modél, dla, Exemplar, ein	Ogejn, gnja, Ignis, fewr.
muster, darnach man ein	Ogněník, a, pyrites, Sylex,
ding macht.	feuerstein. (trager.)
Nodér, driga, Sapiens, weis,	Opróda, a, Armiger, & waffen-
Mosh, a, Vir, Mann.	Oshtér, ja, Hospes, & vort, gast-
Mozhan, zhniha, fortis,	geb.
Starck.	Otrozi, otruk, proles, Ge-
Bras, a, algor, Frigus, Gelu,	schlecht, Kinder.
Frost, kelte.	Shlahta, e, idem.
Most, a, pons, Brück.	Ovén, vna, Aries, & wider,
Mujster, stra, magister, Mei-	Ozha, zhéta, Pater, Vater.
ster.	

## N.

Navidliv, iga, zelotes, Aifer.	Palz, a, pollex, Daum.
Ajfrar, ja, idem.	Papesh, a, Papa, Bapst.
Nedolshén, shniga, vnschul-	Papir, ja, papyrus, Papir.
dig.	Harta, idem.
Neostér, striga, hebes,	Pastir, ja, pastor, Hirt.
stumpff.	Pehar, ja, calix, poculum, Be-
Nesrézhen, zhniha, inselix,	cher, Kelch.
englückhaftig.	Peszcz, strza, pedes, zu fuß, fuß
Nosh, a, culter, Messer.	knecht.
Noshizhék, zhka, cultellulus,	Petlar, ja, mendicus, Betler,
kleins Messerlein.	Bushéz, idem.

## O

Obél, bliga, Teres, kugelecht,	Píániz, nz, a, Bibo, Sauffer.
Simbel.	Pild, a, Simulachrum, statua,

Bild.

Kér filde dela, oli sresuje,

D 2

Sta,

- Statuarius, Bildhauer. Profant, a, comeatus, profis-  
 ant.  
 Pintär, ja, vietor, Khuffer. Pueb, a, Puer, knab.  
 Pleménit, iga, nobilis, Edel.  
 Schlahtén, tniga, idem.  
 Plut, a, sepes, zaun.  
 Poboj, a, cædes, Todschlag.  
 Podvirk, a, Fustis, Steken,  
     knüttel.  
 Pogléd, a, visus, Gesicht.  
 Polshter, shtra, pulvinar,  
     küß.  
 Port per Murju, a, portus,  
     Schiffland am Meer.  
 Posbreshbin, shniga, vorax,  
 Pot, a, via, iter, weg.  
 Potrébén, bniga, Indiges, be-  
     dürftig.  
 Prag, a, lmen, Thürschwell.  
 Prah, a, Pulvis, Staub.  
 Predigar, ja, Ecclesiastes, Pres-  
     diger.  
 Pregnán is deshele, iga, Exul,  
     aus seiner heimet vrwie-  
     sen.  
 Kér neprimóre Indeclinabile,  
     impos, vnuermügig.  
 Preßhusnik, a, adulter, Ehes-  
     brecher.  
 Prezip, a, Ames, Vogelklob.  
 Prihod, a, adventus, zukünfft.  
 Profant, a, comeatus, profis-  
     ant.  
 Pueb, a, Puer, knab.  
 Punt, a, Fœdus, Punt, ver-  
     pündnuß.  
 saresa, idem.  
 Punt, zhes goſpozhino, a, Se-  
     ditio, Auffahrur wider die  
     Oberkeit.  
 Purgar, ja, Civis, Bürger.  
 Purgermaschter, shtra, Con-  
     sul, Burgermeister.  
 Puhshtab, a, Gramma, litera,  
     Buchstab.  
 Rak, a, cancer, krebs.  
 Rashin, shna, veru, Bratspieß.  
 Rashpet, a, Grabatus, lotter-  
     betlein.  
 Reslozbik, zhka, discrimin,  
     unterscheid.  
 Revén, vniga, miser, arbeitsse-  
 Rug, a, Cornu, Horn. (liger,  
     S  
 Samorogazh, a, vnicornis,  
     Einhorn.  
 Sdrav, iga, soſpes, gesund.  
 Sejnen, ma, Mercatus, Iara  
     markt.  
 Sin, sna, somnus, Schlaff.  
 Sénz,

- Senz, a, Tempus, schlaff am  
Heubt.  
Set, a, Gener, Aiden, Dochter-  
man.  
Shenf, a, Synapi, Senff.  
Sherjav, a, Grus, Kranich.  
Shezel, na, sedile, sedes, Stuell,  
Sessel.  
Skidanik, a, Bombix, Seiden-  
Wurm.  
Shivot, a, Corpus, leib.  
Shiv vogel, iga, gla, Carbo,  
glüend kolen.  
Sherjaviza, e, idem.  
Shkof, a, præsul, Bischoff,  
Fursteher.  
Schrebèl, bla, clavis, nagel.  
Zhaul, a, idem.  
Shrinf, a, cicatrix, woundmal.  
Shtrigel, gla, Strigil, Strigel.  
Shtrik, Funis, Strick.  
Shritar, ja, pugil, kempffer.  
Fehtar, ja, idem.  
Sit, iga, Satur, Satt.  
Sklép, a, Artus, Gliedmaß.  
Sladak, dkiga, dulcis, süß.  
Slép, iga, cecus, plind.  
Slep na enim oz hési, iga, Co-  
cles, eimaugig.  
Slushabnik, a, minister, Die-  
ner.  
Smiët, a, Draco, Drach.  
Drakon, a, idem.  
Smishlauz, a, poëta, Dichter.  
Smrád, a, foctor, gestanck.  
Smuk, a, penu, vorrat, an-  
speiß vnd tranck.  
Sneg, a, Nix, schnee.  
Srezhèn, zhniiga, felix, glücke  
selig.  
Nesrezhèn, zhniiga, infelix,  
onglückselig.  
Star, iga, vetus, senex, Alt.  
Starij, ga, presbyter, Elterer.  
Starishi, ga, idem.  
Stebér, bra, columnna, seull.  
Stérd, à, Mel, Honig.  
Med, idem.  
Stol, à, Sedile, sedes, Stuel.  
Rihni stol, ga, a, Tribunal,  
Richtstuel.  
Studenz, a, Fons, Brunn.  
sdenz, idem.  
Svet, iga, sacer, heilig.  
Svit, a, senatus, Rath.  
Svojovojlàn, iga, petulans,  
mutwillig.  
Preshér, idem.

T.

Tast, a, Socer, Schweiher,  
Tek, a, Cursus, lauff.

D 3

Tinea

Tempēl, pla, Templum, Tem-	Vtragliv, iga, piger, fauler,
pel, Kirch.	Vud,a, Artus, gliedmas.
Zerkou, idem.	Vudi, in plurali usitatius, idem
Terst,a, Arundo, Rohr.	Vuk, a, dogma, leer, meinung.
Teshák, shkiga, gravis, diffi-	Z.
cilis, schwer.	Zartan, iga, tener, zarter.
Tovor, a, onus, last, sam.	Subtil, idem, indeclinabile,
Tram, a, laqpear, balken,	Zeel, iga, integer, ganz.
Tram.	Zhaß, a, tempus, zeit.
Trorik, indeclin. tristis,	Vremie, idem.
trawrig.	Zhuln, a, Navis, Schiff.
Shalostén, shniga, idem.	Zhulnar, ja, Nauta, Schiff-
Túp, a, hebes, Stumpff.	mann.
neojstér, striga, idem.	Zöll, a, rectigal, telonium,
Turén, rna, Turris, Thurn.	zoll, maut.
Tvour, a, Vlcus, geschwer.	Zunter, tra, Fomes, Gundel.
V.	Zvit, a, Flos, Blumb.
Vahtar, ja, vigil, Wachter.	PARADIGMA
Vál navodi, a, Fluctus, was-	generis foeminini.
ferwell.	Singularis Numerus.
Varih, a, custos, Hüter,	N. ta, Mati, hæc Mater, die
Venzerli, na, vinitor, Wein-	Mutter.
gartner.	G. te, matere, huius matris.
Vértar, ja, olitor, gartner.	D. ti, materi, huic Matri.
Shiv vogél, iga, gla, carbo,	Ac. to mater, hanc matrem.
glüend khol,	V. ô ti mati, ô mater.
sherjaviza idem.	Ab. od te matere, ab hæc
Voishak, a, miles, Kriegs	Matre.
mann.	D ualis Numerus.
Sholdner, ja, idem.	N. te

RIS FOEMININI.

55

N. te Matere, hæ due Matres.

G. tui Mater, harum duarum  
Matrum.

D. tuis Materim, vel mater-  
ma, his duabus Matribus.

A. te matere, has duas matres.

V. o vi matere, o vos due matres.  
Ab. od tui mater, ab his dua-  
bus matribus.

Pluralis numerus.

N. te Matere, hæ Matres.

G. tib materib, vel mater,  
harum matrum.

D. tuis materib, his matribus.

A. te matere, has matres.

V. o matere, o vos matres.  
Ab. od tib Mater, ab his ma-  
tribus.

Observationes.

1. Et hic easus terminationem  
sequitur articuli.

2. Nomin. & Vocab. eandem  
habent terminationem, in  
omni numero.

3. Ge. & Ab. singulares sunt  
similes.

4. Ge. & Ab. duales cōveniūt.

5. Ge. & Ab. plurales conveni-

te matere, o mater,  
Mater, ab hanc terminacione. Hoc itaq;

paradigma erit Regula omni-

ualis Numeri.

um Fœmi. Huc refer nomina  
fœminini generis plura.

NOMINA GE-  
neris Fœminini, in-  
cipientia ab

A.

Antvela, le, mantile, Handt-  
zwell.

Aija, nashelési, e, Ferrugo,  
Rost.

B.

Bakla, Fax, Fackel.

Beseda, de, verbum, sermo, re-  
de, Svort.

Bledost, i, pallor, blaiche,  
Bratoushina, ne, Tribus,  
zunfft.

Butora, re, onus, Lässt.

Buzha, zhe, cucumis, Kärbs.

Plotniza, ze, idem.

Tiqva, ve, idem.

C.

Camra, re, Cubile, Kammer,

Postela, le, Schlaffbeth.

Cuhinja, nje, Culina, kuchen.

D.

Daniza, ze, lucifer, morgens-  
tern.

Debellost, i, Craßitudo, pin-  
guedo, dickheit, feistigkeit

D 4 Dezhla.

Dezhla, le, virgo, jungfrau. Goß, si, Anser, Gans.  
Dieiza, ze, idem.

H.

Dobruta, te, Bonitas, guete.

Harta, te, papyrus, papier.

Dojniza, ze, Nutrix, Seugam.

Himba, be, Astus, list, betrug.

Ama, e, idem.

Hinausbina, ne, idem.

Draginja, nje, Caritas, tew-  
rung.Hisha, she, domus, Hauss.  
Hrusbka, ke, Pyrus, Bier-  
bawm.

E.

Elefantova kust, ve, kusti, E-  
bur, Helfenbein.Hvaleshnost, gratitudo,  
danckbarkeit.

Slonova kust, idem.

I.

Enta, é, vni, aine.

Iama, me, specus, höle.

Etika, ke, Tabes, Schwind-  
sucht.

Lukija, nje, idem.

F.

Falshvora, supersticio, aber-  
glaub.Iezba, zhe, Carcer, gefenck-  
ligla, gle, acus, Nadel. (nuss-  
ligra, gre, ludus, spiell.

J.

Krivavera, idem.

Karniza, ze, gurgis, zwirbel.

Garba, be, Color, farb.

Kazha, zhe, anguis, serpens,

G.

Farba, be, Gibbus, hoger,  
pugkell.

Schlang.

Germáda, de, Congeries.  
stein oder holtzhauffen.Kri. indeclin: singul. sanguis,  
Blut.

Gromazba, zhe, idem.

Kletka, ke, decipula, vogel-  
gestell.Gerliza, ze, Turtur, Dordtel-  
tauben,

Klop, pi, scamnum, Stuell.

Gerzha, zhe, Tuber, ge-  
schwülf, beull.

Kopriva, ve, vrtica, Nessel.

Gora, re, mons, Berg.

Korba, be, Calathus, khorb.

Verbes, idem.

Kosha, she, tergus, cutis,  
Haut.

Kozas.

Koza, ze, sagum, zotichter  
 debih,  
 Krafa, ste, scabies, Kreze,  
 Krona, ne, diadema, Kron.  
 Kunsh, sti, Ars. kunst.  
 Vmetlnost, sti, idem.  
 Kust, sti, os, ossis. Beine.  
 She, domus, u-  
 g, ke, pyrus,  
 Lakota, te, Fâmes, hunger.  
 Lebunga, ge, Convivium,  
 Esolleben.  
 Gostovanje, idem.  
 Lisiza, ze, vulpes, Fuchs.  
 Lubesnivost, sti, Comitas,  
 freundlichkeit.  
 Luhz, zhi, lux, liecht.  
 M.  
 Materia, e, Materia, zeug.  
 Medeniza, ze, pollubrum,  
 pelvis, Handtbeck.  
 Merha, he, cadauer, aß.  
 Mérlich, zha, idem.  
 Misa, se, mensa, disch.  
 Mish, i, mui, maus.  
 Misál, sti, animus, mens, ge-  
 müt.  
 pi, scannum,  
 Mladiza, ze, german, zweig.  
 ivia, ve, vrtica,  
 Odráselk, a, idem.  
 Mladiza od tatelne, ze, spa-  
 dix ein zweig von emem  
 Datebaum.

Mladuſt, sti, Juventus, jugent.  
 Mresha, she, Rete, netz, garn.  
 Murva, ve, Morus, Maul.  
 peerbaum.  
 Musga, ge, palus, udis,  
 Sumpf, See.  
 Muzb, zhi, Robur, Sterck.  
 Boshja muzh, je, zhi, Numen,  
 Göttlicher gewalt.

N.  
 Nesmasa v'piju, v'jedi, v'gvan  
 tu, se, luxus, überfluß.  
 Nesrezha, zhe, Clades, unsall.  
 Nevolja, pobijenje,  
 poboj, idem.  
 Nezhast, sti, dedecus, unehr.  
 Sramota, e, idem.  
 Njroa, ve, ager, Acker.  
 Nozh, zhi, nox, nacht.

O.  
 Obláſt, sti, potestas, gewalt.  
 Odéja, je, Tezes, Decke.  
 Omóitza, ze, vertigo,  
 schwindel.  
 Vertoglavje, ja, idem.  
 Osliza, ze, Cos, tis, zweige  
 stem.  
 Ostruga, ge, Calcar, Sporn,  
 Ouza, ze, ovis, Schaff.

P.

*Perjasen*, sni, Necesitudo,  
freundtschafft.

*Favor*, gunst.

*Pesa*, se, pondus, gewicht.

*Tesha*, she, idem.

*Pezh, zhi*, Fornax, Ofen.

*Pishal*, i, Fistula, Pfeiff.

*Ponva*, ve, sartago, bratpsan.

*Posablivost*, sti, oblivio, ver-  
gessenheit.

*Postela*, le, Cubile, Beth.

*Postava*, ve, lex, Gesetz.

*Presha*, she, Torcular, drot,  
Weinkeller.

*Prigliha*, he, Exemplum, simi-  
litudo, imago, gleichnus,  
vorbild.

*Spodoba*, Pild, idem.

*Posoda*, de, vas, sis, geschier,  
Faß.

*Sdobena*, isresana posoda, ne,  
ne, de, Toreuma, ausgegra-  
ben Geschier.

*Priloshnost*, sti, occasio, ge-  
legenheit.

*Pripuvist*, sti, Adagium, pro-  
verbium, Sprichwort.

*Prizha, zhe*, Testis, zeug.

*Syudok*, a, idem.

*Ptiza*, ze, ptizh, a, auis,  
vogel.

R.

*Rana*, ne, vulnus, Wund.

*Reka*, ke, Flumen, Fluß.

*tekozha* voda, e, eideme.

*Rozh, zhi*, Res, Ding.

*Riba, be*, pisces, visch.

*Rimka*, na garli, ke, monile,  
Halsbandt.

*Rosha*, she, Gatrosha, Rosa,  
Rosen. S.

*Saklada*, de, pignus, pfandt,  
Savesa, se, foedus, Bunt.

*Sekira, e*, securis, Axt.

*Semla, le*, Tellus, Erdreich.

*Sestra, stre*, Soror, schwester.

*Shaba, be*, Rana, Froesch.

*Shaloft, i*, moeror, traurigkeit.

*Shena, ne*, Mulier, Femina,

weib.

*Porozhena*, shena, ne, ne,  
uxor, Eheweib.

*Shetva*, tre, messis, schnit,  
Ernt.

*Shliza, e*, cochlear, Löffel.

*Sheja, je*, sitis, durft.

*Shlahtha, te*, gens, geschlecht.

*Shpiza, ze*, acies, spitz.

*Shtabla, ble*, gradus, Staffel.

*Shtala,*

Shtala, le, stabulum, Stall.	Shafainje, nja, idem.
Volouska shtala, ke, le, Bovile, Ochsenstall.	Starost, sti, senectus, grab alter, ætas, alter, zeit.
Ovzhja shtala, je, le, Ovile. Schaffstall.	Stena, ne, paries, wandt.
Kosja shtala, je, le, Caprile, Geissstall.	Steniza, Ze, Cimex, wanzen.
Shtalt, ti, species gestalt.	Stran, ni, latus, Seiten.
Shuta, te, agger, schütte.	Suknja, knje, Tunica, Rock.
Sila, le, vis, gewalt.	Svazhina, ne, affinitas, Schwangerschafft.
Skala, le, Rupes, petra, Fels.	Svitloba, be, splendor, schein.
Skerb, bi, cura, Sorge.	Svier, ri, animal, Thier.
Slama, me, stramen, stro.	T
Slatkust, sti, dulcedo, Süßigkeit.	Taht, ti, Funale, Dacht im Liecht.
Slobodnost, sti, libertas, freiheit.	Fushèl, na, idem.
Slushba, be, servitus, dienstbarkeit.	Temma, me, catigo, tenebrae, finster.
Smärt, ti, mors, Todt.	Tesha, she, pesa, se, pondus, gewicht.
Smolla, le, pix, pech.	Trava, ve, gramen, graß.
Smota, te, terror, Irrung.	Treshlika, ke, mersliza, ze, Febris, Fieber.
runga, ge, idem.	V
podoba, be, spodobnust, sti, imago, Bild. Item, æquitas, Billigkeit.	Vasha, she, cespes, grüne Zweige.
uxor, Ebeweib.	Vera, re, Fides, glaub. ( se
tva, tre, mesfis, Ernt.	Vèrba, be, salix, Zweide.
ramota, te, dedecus, turpitudo, schandt.	Vero, vi, Funis, Seil, strick.
rezha, zhe, sors, fortuna, Glück.	Vidra, dre, lutra, Otter.
abta, te, gens, gelista, ble, gradus, gradus,	v'metelnost, sti, ars, kunst.
abla, ble, gradus,	Vrana, ne, Cornix, Krab.
	Vsle.

Vsteklust, sti, rabies, das wüten  
eines Hund's.

Vush, shi, Pediculus, laus.

Vus, si, Axis, Achs an einem  
Rade.

Ac. tu pismu, hoc scriptum  
V. ô ti pismu, ô scriptum.  
Ab. od tiga pisma, ab hoc  
scripto.

## Z.

Zeba, he, symbolum, symposi-  
um, zech, vrten.

Zerkov, Zerkoa, ve, Tem-  
plum, Kirch.

Zbast, sti, amplitudo, decus,  
honor, achtbarkeit.

Nezhaft, sti, framota, te, de-  
decus, vnehr, schand.

Zhednuf, sti, virtus, Tugend.

Zherovedina, ne, Caries,  
Exurmfichtigkeit.

Zhistost, sti, Castitas, keusheit.

Huc refer omnes voces in  
singulari nominatiuo, desi-  
nentes in A.

Dualis Numerus.  
N. Ta pisma, haec duo scripta,  
G. Tiu pismih, horum duo  
rum scriptorum.

D. Timu pisma, his duobus  
scriptis.  
Ac. Ta pisma, haec duo scripta,  
V. ô vi pisma, ô vos duo  
scripta.  
Ab. od tiu pismih ab his duo-  
bus scriptis.

## Pluralis Numerus.

N. ta pisma, haec scripta,  
G. tib pismih, vel pism.  
horum scriptorum.

D. tim pismam, his scriptis.  
V. ô vi pisma, ô vos scripta,  
Ab. od tib pismih, ab his  
scriptis.

PARADIGMA  
generis Neutri.

## Singul. Numerus.

N. Tu pismu, hoc scriptum,  
das schreiben.

G. tiga, pisma, huius scripti.

D. timu pismu, huic scripto.

## OBSERVATIONES.

1. Et hic ut in Masculinis  
et Fœmininis casus sequun-  
tur articuli finem.

2. Nc.

GENE-  
tu pismu, hoc omni numero sunt similes.  
ti pismu, o. Genit. & Ablatiuus, si-  
nulares, Item duales & plus  
od tiga pismu, scriptioales sunt similes.

Dualis Numeri gula omnium Neutrorum.

Huc refer nomina Neu-  
ta pismu, hæc dali-  
rum scriptoria-  
rum.

Timia pismu, scrip-  
toria.

Ta pismu, hæc duo  
pnu, pna, Calx, kalch.

ò vi pismu, scrip-  
toria.

od tui pismu, scrip-  
toria.

Pluralis Nu-  
ta pismu, hæc  
tib pismu, scrip-  
toria.

horum scriptiorum  
tim pismu, hæc  
ò vi pismu, hæc  
b. od tui pismu,  
scriptis.

D.

